The Texas Medical Center Library
DigitalCommons@TMC

Anatomical Texts | Rare Books

1617

# RB005: Anatomia in qua tota humani corporis fabrica... Amstelodami, Ioannes Ianssonius, 1617

Andreas Vesalius 1514-1564
*Author*

Thomas Geminus d. 1562
*Illustrator*

Follow this and additional works at: https://digitalcommons.library.tmc.edu/anatomicaltexts

Part of the Illustration Commons, and the Medical Anatomy Commons

## Recommended Citation

Vesalius, Andreas 1514-1564 and Geminus, Thomas d. 1562, "RB005: Anatomia in qua tota humani corporis fabrica... Amstelodami, Ioannes Ianssonius, 1617" (1617). *Anatomical Texts*. 1.
https://digitalcommons.library.tmc.edu/anatomicaltexts/1

This Book is brought to you for free and open access by the Rare Books at DigitalCommons@TMC. It has been accepted for inclusion in Anatomical Texts by an authorized administrator of DigitalCommons@TMC. For more information, please contact digcommons@library.tmc.edu.

George Linsle 1791

# AMPLISSIMIS, NOBILIBVS, PRVDENTISSIMIS, ATQVE INTEGERRIMIS VIRIS AC D.D. CONSVLIBVS AC SENATORIBVS, INCLYTAE, IMPERIALIS ET HANSEATICAE CIVITATIS COLONIENSIS AD *Rhenum, Dominis ac patronis nostris omni obseruantia colendis.*

FREQVENS est multorum admiratio, Ampliſsimi prudentiſſimiq; Viri: quamobrem, cùm cæterarum artium ac facultatum ſtudia, ſic per Germaniam paſsim vigeant atq; eniteſcant, vt cum aliarum nationum, præſertim verò Galliæ Italiæque ſcholis, facilè certare poſſe videantur: ſola Medicina, ars alioquin nobiliſſima & antiquiſſima, ſic apud nos contempta iaceat atque vileſcat, vt eius profeſſores vix dignitatem ſuam retinere, atque authoritatem ſatis tueri valeant. Etenim qui eam publicè in ſcholis docent (quos theoricos nunc vocabimus) conqueruntur non immeritò, quòd tametſi nullam operam neque curam lectionibus ſubtrahant; tamen diſcipulorum frequentiam retinere nequeant, quin potius maiorem anni partem iuſto auditorum numero deſtituantur. Qui verò eam factitant, ſeu, vt vulgò loquimur, praxin exercent (practici inde dicti) partes ſuas longè experiuntur duriores. Dum enim toto die ſurſum ac deorſum per vrbem diſcurrentes, meliorem temporis partem ægrotis viſitandis impendunt; tãtùm abeſt, vt præmium laboribus dignum percipiant ac conſequantur, vt pro iuſta mercede diris interdum onerentur conuicijs. ac ſi rebus iam in peius vergentibus, non ſatis ſuum feciſſent officium. Nec deſunt qui morbo iam progreſſo, clam atque inſcijs practicis, ad empirica mulierc ularum vel agyrtarum confugiunt auxilia; ijſque morbo iam finito, præ cæteris ſeſe adiutos conteſtantur: quò ſic medici laboribus extenuatis, liberaliori eum interim mercede defraudent. Omitto errores ab aſtantibus ſæpè committi ſolitos, & externa, aliter atque mandauit Hippocrates, comparata: quæ omnia medicum ſæpè confundunt, & ægrotos in vitæ diſcrimen (quod tum inſonti medico falsò imputatur) conijciunt: adeò vt nõ ſolùm theorici, ſed & practici ſuos vtrique patiantur manes: ac practici quidem, vt dixi, longè duriores atque acerbiores.

Atque huius rei cauſas inueſtigantes nonnulli dixerunt: hęc vitia, hoſque abuſus, non tam in artem ipſam, quàm in malam artis fortunam, quæ illi hominum part m vulgarium, partim eam profitentium culpa contingit inferturque, referenda eſſe. Eam enim eſſe rerum optimarum conditionem, vt vulgò faſtidiantur & contemnantur. Vulgus namque, quod teſte Platone, eſt ἀπαίδευτον, ἀχάριτον, βασκάνον, omnibuſque adeò litteris ac litteratis ex profeſſo inimicũ, gallum æſopicum agens, grana hordei gemmis, hoc eſt mechanicas & quæſtuoſas artes, omnibus etiam nobiliſſimis ſcientijs præfert & anteponit. Addunt & aliam ex parte profeſſorum, quibus ſua perinde atque alijs in locis authoritas conſtare nequit, quòd cæteris minus videantur ingenioſi & exercitati. Non enim (inquiunt) omnibus in locis ac cæli climatibus æquè fælicia naſcuntur ingenia, ad has vel illas artes percipiendas & exercendas perinde idonia. Quæ quidem rationes, etſi non prorſus reijciendæ videantur (cùm quid veriſimile præ ſe ferant) non tamen tales ſunt, meo iudicio, quæ rem acu tangant, ac porinde exquiſitis multorum iudicijs ſatisfaciant. Ac mihi quidem penitius introſpicienti, tria potiſſimùm occurrunt, quæ medicinæ vigorem omnium maximè in his locis eneruare videntur. Primum omnium nihil ſeſe offert quod fundi medici calamitatem magis vocem atq; accuſem, quàm execrandum illud fatum Stoicum, quo omnia tam mala quam bona in voluntatem diuinam indifferenter ac neceſſariò referuntur. Quæ opinio vtpotè hæretica, etſi ab orthodoxis patribus iamdiu damnata ac refutata, & ab antiqua Eccleſia reiecta; diabolo tamen monſtroſa-

ſtroſarum opinionum fautore, nouas faces ſubdente & Eccleſiam vexare ac perturbare non ceſſante, exorti & abeo ſubornati ſunt nouatores quidã, qui hoc aſſerere, ac publicis ſuis ſcriptis defendere non erubuerunt: coq; proh dolor res redijt, eò dementiæ ventũ, vt non ſolùm inter plebeios ſimpliciores, ſed & inter nobiles ac præſtãtiores vtriuſq; ſexus homines reperti ſint, & adhuc reperiantur, qui oſſe in aliqua corporis parte fracto aut luxato, id non reponendum, ac medici chirurgi auxilio vtendum exiſtiment, qui illud reponat & in integrũ reſtituat: ſed totum negotium Deo ac naturæ committendum aſſeuerent. Deus enim (inquiunt) ſic voluit, ſic diſpoſuit, hanc tibi calamitatem fataliter immiſit, ad hoc vt Chriſtum in baiulanda ſua cruce iuuares: cui ſi reſiſtere & ad humana auxilia confugere velis, futurum vt Dei in te iram prouoces, & grauiori in poſterum pœna mulcteris. Atque hic error tam altas in quorundam mentibus radices egit, vt extirpari ac auerruncari nullo modò poſſit, quicquid priuatim, quicquid publicè à pijs doctiſque viris in contrarium adferatur. Sed hos miſſos faciamus antiſper, donec aliquando in tormentis ipſimet conſtituti atque dolores experti, amicos ſuos melius poſthac conſolentur. Certum interim eſt, quod hæc opinio ſeu potius hæreſis, latiùs forté per Germaniam, quàm Reipub. Chriſtianæ expediret propagata; omnem medicinæ tũ vſum tum neceſſitatem funditus euertat. quod ſi maiores noſtri ea fuiſſent imbuti, ars vtique nulla medendi vnquam inuenta exultaue foret.

Venio nunc ad alteram corruptæ contemptæque medicinæ cauſam: quæ quidem, meo iudicio, non aliundè quàm quorundam hanc profitentium culpa ſuboriri videtur. Iamdudum enim quilibet ſibi eam exercendi ius licentiamque ſumit, tam doctus quàm indoctus. Scribimus indocti doctique poemata paſſim, inquit ille. non aliter hîc nunc accidit, dum præter legitimos huius artis profeſſores.

*Se iactat medicum quiuis idiota, prophanus,*
*Hæbreus, monachus, hiſtrio, raſor, anus.*

Tales namque relictis proprijs negotijs, atque artificijs, dum profeſſionem hanc per fas & nefas inuadunt, medicinæ gloriam non ſecus ac Harpyæ Virgilianæ fœdo immundoque contactu conſpurcant. Vulgus autem, quod epitheto Platonis ἀπαιδεύτου diximus, ac proinde inter doctum & indoctum, empiricum ac rationalem medicũ diſcernere neſcium, omnes qui per hos committuntur errores, tum in artis, tum in legitimorum eius profeſſorum vituperium malitioſè detorquet: vt & hac ratione, non parua vtriſque ignominiæ acceſſio fiat.

Huic albo non diſſimulanter & illi veniunt aſſcribendi, qui in patria medicinæ fundamẽtis (dum alia ſectantur crepundia) parum fideliter iactis, vno aut altero anno totam Galliam atque Italiam peragrant, ac ſolida medicina (dum maior pars temporis peregrinationibus inſumitur) vix primoribus labris deguſtata lanceati nihilominus ſiue bullati domum redeunt, ac gloriati multa inde arcana ſecum ferre, omnium morborum tam curabilium quàm incurabilium ſanationem integram magno ſupercilio promittunt. Videmus enim quàm ſedenter turpiter, quamq; huius turpitudinis omnes alij medici inſontes, ob ineptum vulgi iudicium, participes fiant.

Ac de exulceratæ contemptæque medicinæ cauſis hæc quidem hactenus. Decernenda nunc remedia, quaque ratione plæraque corrigi poſſe videantur, promendum.

Et quidem in primis quod ad prauam illam vulgi de fato opinionem attinet, hoc negotium Theologis concedere, quàm falcem in alienam meſſem mittere malumus: vt ſi fieri poſſit, per hos à via lata ad anguſtiorem, ſed expeditiorem in cælum viam reducãtur. Quòd ſi iam nimis tranſuerſum acti, ac in reprobam mentem lapſi, adeò pertinaces in errore perſeuerẽt, vt ſanis Eccleſiæ doctorum monitis, ſacrarumque literarum teſtimonijs locum dare nolnt (cùm extremis morbis iuxta Hippocratis aphoriſmum extrema remedia ſint optima) nil aliud reſtat, quàm vt nauigio ſtultorum impoſiti, Anticyras ablegentur, quò ibidem per Helleborum à melancholia ſurſum ac deorſum purgati, rectè monentibus melius in poſterum aurẽ præbeant. Empiricos interim (quorum maximus in Germania ex omnibus artificijs eſt numerus) reformandi ac coercendi munus penes ordinem politicum ac magiſtratum eſto. Ille fucos à ſacris Aeſculapij præſepibus abarceat: lolium, lappas, vepres, omneſq; inutiles plantas & quiſ-

qu-

quilias, ex fæcundo Apollinis agro eijciat & extirpet, vt succrescentibus ac florentibus vtilioribus herbis, veræ apes posthac vtiliter & innoxiè possint mellificare. Tantùm de empiricis.

Ad nouitios illos ac minus expertos, nuper ex Gallia aut Italia reduces Doctores, nunc recurrat oratio, quibus sanũ consiliũ dare, vt posthac melius res suas instituãt, ad nos pertinebit.

Quod vt fælicius exequar, imprimis pullos auium pro exemplo illis ob oculos ponam. Hi nidis suis nunquam egrediuntur implumes, nec prius aeri corpuscula cõmittunt, quàm pennis sufficienter enatis, periculo facto, sese idoneos ad volatum didicerint: insinuantes nobis quàm sit pernicioſa vana scientiæ persuasio, quæ multos sæpè imprudentes atque ambitiosos adolescentes fallit, vt vel sine pennis maturis, vel non satis agglutinatis, volare instituentes, in mare Icarium ex alto præcipites ruant ac submergantur. Cui periculo si nostri philiatri posthac se subtractos velint, sic studia sua formabunt. Inprimis antequam medicinæ sacris initientur, eam philosophiæ partem, quæ Logicen & physicen continet, tam domi quàm in Gymnasijs audient ac perdiscent fideliter. proximus tunc erit ad medicinam gradus. Vbi enim physicus desinit, ibi medicus incipit, teste Aristotele. Incipient autem fæliciter, si non statim externas scholas adeant, sed in patria prius per tres vel quatuor annos præceptores doctos ac fideles diligenter & attentè audiant, sub his tyrocinia faciant, vtiliora ad iuuandam memoriam ab ore profitentis calamo excipiant, domi vel per se vel cum alijs eadem repetant ac ruminent, atque huic rei sese totos dedant, & non interim alienis se studijs implicẽt, vt est historiarum, poeseos, matheseos, nec non trium linguarum nimis curiosa & exacta cognitio: quę studia etsi non improbem; tamen cùm ad medicinam, quæ totum hominem requirit, solidè perdiscendã multum impedimenti adferant, & ad altiora properantes remorentur; præstiterit ea tãtisper postponere: & cùm medicum non tam perficiant, quàm ornent; non nisi absoluto medici studij curriculo, successiuis horis, atq; per maius otium ea cognoscere, atque interim potius ad optimos quosque medicinæ scriptores legendos animum adijcere. Qui autem illi sint, & quo ordine legendi, partim ex editis hac de re doctissimorum virorum libellis, partim ex præceptoribus suis in consilium adhibitis, citra negotium intelligent. Neque enim instituta præfationis breuitas patitur, omnia nos speciatim prosequi, atque ad viuum resecare. Vnum hic non omittere debeo, quod ad iacienda medicinæ fundamenta maximè videtur momentosum, vt scilicet æstate in re herbaria; hyeme verò in anatomia atq; notitia singularũ humani corporis partium sedulò & diligenter sese exerceant. Gùm enim totũ medici negotium in duobus præcipuè remediorum scilicet & corporum notitia consistat; quorum vnum materiam ex qua, alterum subiectum siue materiam circa quam vocare solemus: quisquis his posthabitis atque neglectis, ad ea quæ sunt altioris medicinæ contendes, non admodum in hoc studio operępreciũ facies, sed te à condiscipulis tuis saniora consilia sequutis, sera ductus pœnitentia, superatum videbis: & poeticè nec minus verè loquendo:

1. Georg. *Heu magnum frustra alterius spectabis aceruum,*
*Concussaq; famem in syluis solabere quercu.*

Non enim quid & cui sit applicandum talis vnquam scire poterit, & per consequens in bonũ & perfectum medicũ euadere. Quod non ignorantes plerique; in nonnullis Germaniæ scholis, prudẽtes publicæq; vtilitatis studiosi viri, maiori diligentia, quã hactenus factum sit ad restauranda hæc studia, ac quasi postliminiò restituenda, paucis ab hinc annis incũbere, atq; huic negotio botanico scilicet & anatomico peculiarem professionem deligere & destinare cęperũt. Ac de Botanico duce seligendo nulla difficultas hactenus. Quod Dioscordes semper visus sit is, qui omne punctum in hac re ferret. De anatomico quæsitum ac dubitatum valdè, quis omnium vtilissimè atque accommodatissimè philiatris esset proponendus. Nam Galenus etsi diligentissimus, tamen non nisi sparsim ac prolixè de hac materia scripsit: & quæ scripsit, magis canibus ac simijs, quàm humanis corporibus accommodata nonnulli conqueruntur. Extant & Arabum hac de re commenta; nec non & posteriorum arrabizantiũ medicorum scripta, sed barbara pleraq;, sine methodo, erroribus scatentia, nec admodũ in pretio habita. Vnus instar omniũ Vesalius tãdem exortus velut æthereus sol multorum votis cumulatè satisfecit, atq; opus præclarum, de humani corporis fabrica inscriptum, septemq; libris distinctum absoluit,

ſoluit atque in lucem dedit. Quod vbi primùm prodijt, dictu mirum quanto plauſu ab omnibus purioris medicinæ ſectatoribus ſit exceptum, quantaque auiditate perlectum. Sed cùm id tandem prolixius & exquiſitius iudicaretur, quàm vt ab omnibus intelligi, & in ſcholis ad enarrandum proponi poſſet; idque Veſalio tum adhuc viuenti ſuboleret: quo omnibus ex æquo conſuleret, eoſdem libros ipſemet in ſuccinctam epitomen non grauatim contraxit, ac magni operis tabulas ſiue figuras iuxta propriam delineationem artificioſè ſculptas & expreſſas cum ſuis indicibus ſub incudem reuocauit, atq; huic compendio ſubiunxit, vt vel hinc Studioſi ad αὐτοψίαν quaſi manu ducerentur.

Hoc opuſculum iam anteà alibi excuſum, & non ſine fructu multorum hactenus vſurpatum, diſtractis iam magna ex parte ſuperiorum editionum exemplaribus, hęredes Hogenbergiani apud nos, iterum in gratiam Studioſorum ſuſceperunt recudendum: vt quemadmodũ hactenus Geographicis ac Chorographicis tabulis de magno hoc mundo elaboratis fecerũt; ita & nunc de microcoſmo, id eſt homine, luculentis & exquiſitis deſcriptionibus editis voluntatem ſuam erga liberalia ſtudia magis teſtatam faciant.

Vobis autem, ampliſsimi, grauiſsimique Viri, hunc laborem per me dedicant conſecrantque: reuerenter & obnixè mecum rogãtes, id ne aſpernari, ſed potius, quod offertur, benignè accipere, atque in bonam partem interpretari dignemini. Quamuis enim pleraque à foro veſtro aliena videri poſsint; tamen inſpicientes hæc obiter interdũ, multa inuenietis quæ vobis in vita vſui futura ſunt & oblectamento: quæque aliquando ad Rempublicam non inutiliter poterunt accommodari. Id quod & apud Romanos olim Menenium illum Agrippam feciſſe legimus, quiad placandam plebem, tũ à patribus deficientẽ, orator in caſtra miſſus, non aliundè quàm ſumpta de humani corporis partium officijs, earundemque inter ſe conſenſione parabola, & ad rem perquàm optimè accommodatata, mentes ſeditioſorum flexit, & in concordiam redegit. Deus Opt. Max. porrò A. V. ad fælicem patriæ gubernationem, quàm diutiſsimè conſeruet ac tueatur incolumes. Datum Coloniæ Agrippinæ 7. Calend. Septemb. Anno Salutiferi partus

A. V.

dedidiſsimus

Henricus Botterus, D. ac facultatis Medicæ pro tempore Decanus.

IN

# IN COMMENDATIONEM HVIVS
## OPERIS AD STVDIOSOS
Hexaſtichon.

QVantum nocte alias ſtellas cùm lumine fratris
Orbem compleuit vincere luna ſolet,
Veſalij tantùm reliquis liber anteit vnus
Corpora qui qua ſint condita ab arte docet.
Corporis vnde tui quæ ſit ſtructura iuuentus
Diſcere, non minimum noueris eſſe decus.

ANDREÆ

ANDREAE VESALII. ÆTA. 28

A

# ANDREAE VESALII BRVXELLENSIS SVORVM DE HVMANI CORPORIS FABRICA LIBRORVM EPITOME.

## DE OSSIBVS ET CARTILAGINIBVS.

seu ijs quæ corpus suffulciunt partibus. Cap. I.

OMNES humani corporis partes sunt aut similares, sensuve simplices, vt os, cartilago, ligamentum, fibræ, membrana, caro, adeps: aut dissimilares, instrumētariæve, quemadmodum vena, arteria, neruus, musculus, digitus, & reliqua totius corporis organa: quæ eo magis instrumentaria fiunt, quo pluribus similaribus, ac dein instrumentarijs etiam partibus (vt manus & caput) componuntur. Ossa durissimæ aridissimæque totius corporis partes existunt. Cartilagines verò ossibus molliores sunt, secundum ossa tamen durissimæ totius corporis partes censentur, atque his simul & illis vniuersum corpus sustinetur, omniaque ipsis adnascuntur adstabiliunturque. Caluaria cerebri ac sensus organorum sedes, multis constat ossibus: in fronte siquidem sæpius vnum tantum, idque præcipuè in mulieribus, conspicitur: in occipitio similiter vnum, in vertice duo, ad vtramque aurem vel tempus vnum, cui ciuitas insculpitur, organo auditus reponendo adaptata: & duo complectens osticula, quorum vnum in cudi aut molari denti, alterum verò malleolo non ineptè assimilaueris. Hoc quoque os, præterquàm quòd ipsi cartilago auris corpus erectum seruans continuatur, tres exigit processus: ac vnus vberis papillam refert: alius stilum, aut graphium, aut acum, aut galli calcari: tertius antrorsum ductus, superiorisque maxillæ ossi in externa oculi sede locato serrata compage commissus, in altero latere portionem constituit eius sedis caluarię, quam iugale os vocamus. Quinetiam temporis os posteriori inferioriqueipsius parte simul cum occipitis ossis basileam caluariæ regionem efformat, quam præruptæ rupi non duritia modo, verùm & imagine conferimus. In capitis basi os insigne habetur, cum à Dissectionum professoribus comparatum, & forma impense varium, processusq; educens vespertilionum alis similimos. Ad hæc aliud os in narium summo reponitur, cribri aut potiùs spongię forma peruium, & cum septem enumeratis ossibus amplitudinem cerebro excipiendo paratam constituens, variumq; septum efformans. In superiori maxilla, præter dentes duodecim ossa recensentur, vnū vtrinque etiā in exteriori sedis oculi regione, & duo vtrinque etiam in interiori, & vnū vtrobiq; in inferiori, quod maxillę ossium longè maximum visitur, superiorum alterius lateris dētium aluceolos sibi insculptos obtinens. Ad palati finem, quà narium foramina in fauces pertinent, vtrobique etiam vnum eius maxillæ os consistit. & prominens denique nasi pars duobus extruitur ossibus, priuato nomine (vt & cætera maxillæ superioris ossa) destitutis, & nasi cartilagines producētibus, quibus cartilagineæ narium alæ stabiliuntur. Hactenus commemoratorum ossium pleraque inuicem futuris committuntur, ex quibus transuersim in sincipite ducta coronalis dicitur: transuersim verò in occipitio prorepens à Λ similitudine nomen obtinuit. quæ autem ab huius vertice ad coronalis medium per capitis longitudinem incedit, sagittalis vocatur. at quæ ab hacque dè distant, & super aures feruntur, non futurarum speciem, sed veluti duarum inuicem incumbentium squammarū imaginem exprimunt, indeetiam squāmosæ conglutinationes appellatæ. Reliqui etiam dictorum ossium connexus nullibi adeò exquisitè, ac tres modo dicti, formam futuræ referunt: imò locis aliquot simplicis lineæ speciem commonstrantes, harmoniæ potiùs quàm futuræ nomen merentur. Inferior maxilla simplici constat osse, nisi fortè admodum puerulis in summo mentio ex binis ossibus ita coalescat, quemadmodum plurima puerulorum ossa multis ossibus compingūtur, quæ aliàs illis, qui ad summum deuenere incrementum, simplicia occurrunt. Articulatur verò inferior maxilla vtrinque ossi, quod ad aurem consistit, peculiari cartilagine hic præter illam interueniente, quę ossium capita sinusque vbi inuicem componuntur, crustæ modo oblinit, & articulum promptè versatilem & ab iniurijs in continuo ossium affrictu liberum reddit. Vtraque maxilla plurimùm sedecim dentes nanciscitur, quatuor nimirum incisorios, duos caninos, & decem molares, qui vt forma anteaquam eruantur apparente differunt, sic etiam impari radicum numero suis præsepiolis infiguntur, nam & adultiori ætati suos genuinos tribuunt. In faucibus linguæ radici os proponitur v imaginem veriùs quàm Λ exprimens, & pluribus contextum officulis, ex quibus humiliora suis extremis asperæ arterię capitis (quod laryngem libentiùs quàm guttur nuncupamus) cartilagini cōmittitur, quæ scutū refert, primaq; laryngis cartilago numeratur, ac tangentibus tota occurrit. Secunda enim magna ex parte posteriorem laryngis sedem constituit, & anulo quem Thraces dextro pollici sagittantes imponūt similis, nomine destituitur, hinc quodammodo id inueniens. Tertia quæ duabus proprijs extruitur partibus, vasorum quibus aquam manus lauaturis affundimus orificio respondet, in laryngis medio rimā efformās tibiarū linguis, seu fistularum quas ori indimus rimis similem,

lem, lingulámq; ob id nuncupatam. His cartilaginibus operculum ſimul cartilagineum & pingue, ligamentiq; natura participās inſternitur, reliquis interim aſperę arterię cartilaginibus, quæ ipſius caudicē & ramos in pulmonem digeſtos conſtituunt, C vel *C* imaginem exprimentibus. Dorſum ſuæ ſpina medullæ dorſali iter potiſſimùm parās, ac corporis veluti carina in collum ceruicem ve, thoracē, lumbos, ſacrum os, & coccyx ſeu cuculus os diuiditur, triginta quatuor oſſibus (quas vertebras vocamus) efformatum. Ac ceruix ſeptenas continet, multis, & in omnibus non pari numero proceſſibus ornatas, ad quarum primam (quæ ſola inter reliquas vertebras ſpina deſtituitur, & tranſuerſos proceſſus egregiè protuberātes poſſidet) caput antrorſum retrorſumque rectà ducimus. Secundæ verò vertebræ (cui proceſſus inſtar canini dentis aut cuſpidis prominens accidit) beneficio caput circumuertimus. Reliquarum autem opera inlatus, ſed tantùm ſecundario, caput fertur. Thorax duodecim obtinet vertebras, coſtarum articulationes admittentes. ac harum ferè infima ſuis aſcendentibus & deſcendentibus proceſſibus, quibus vertebræ præter ipſarum corporum cōnexum inuicem articulantur, à proximis vertebris ſuſcipitur, vti prima ſeruicis & ſuprà & infrà ipſi cōtermina oſſa ſuſcipit: reliquis interim dorſi vertebris illi duodecimæ ſuperioribus ſuprà quidem ſuſceptis, infrà autem ſuſcipientibus: & qui inferiùs conſiſtunt, infrà ſuſceptis, ſuprà ſuſcipientibus. Subſunt verò illi duodecimæ, quinque lumborum vertebræ, dein ſacrum os, plurimùm ſex proprijs compactum oſſibus, inuicem validè nexis. Coccyx verò os infima ſede in cartilaginem deſinens, crebrò quatuor exiguis conſtituitur oſſiculis, nulli neruo iter præbentibus, neque vllo donatis foramine, quò dorſalis medulla reponatur. Pectoris os anteriorē thoracis (qui congruam cordi & ipſi ſubſeruientem organorum ſedem parat) regionem ſibi vendicans, rariſſimè ſeptenis, verùm paucioribus extruitur oſſibus, ſeptem coſtarum articulationem vtrinque excipientibus. Quippe ex duodecim coſtis vtrobiq; poſitis, & in cartilaginem degenerantibus, ſeptem latiores ſuis cartilaginibus pectoris oſſi coarctantur, hinc verarum & legittimarum nomen ſortitæ. Quæ autem pectoris os non contingunt, & tanto magis ab illo anterioriq́ue ab dominis regione deficiunt, quanto humiliorem ſedem obtinent, ſpurię vocitātur. Inferior pectoris oſſis ſedis in cartilaginem ceſſat, obtuſo enſis mucroni (perinde ac totum pectoris os enſi aſſimulatur) reſpondens. Superiori autem oſſis ſedi vbi latiſſimum & robuſtiſſimum eſt, iugulumq; conſiſtit, vtrobiq; vna articulatur clauicula, humeri articulum à thoracis laterē remouens. Scapula etenim trianguli imaginem quodammodo exprimens, poſteriorem thoracis ſedem altera ex parte occupat, in ceruicem deſinens, cui acetabulum inſculpitur, brachij oſſis capiti excipiendo conueniēs: dein ex ipſius dorſo proceſſum educit, qui ſuper humeri articulum pertingens, ſummus humerus appellatur: ac clauiculæ peculiaris cartillaginis interuentu (vt & in clauiculæ ad pectoris os nexu fit) articulatus, humeri articulum à thoracē auxilio clauiculæ diducit: humeri etiam articulum ſuperiùs perinde muniens, ac interior ſcapulæ proceſſus anchoræ, corui roſtro & C aut *C* comparatus. Brachij itaque os, ſeu humerus, ſcapulæ articulatur, & huius inferiori ſedi variis ſinibus & tuberibus exornatæ, rurſus duo inibi oſſa iunguntur, radius nimirum & vlna, quæ totius membri nomine etiam cubitus appellatur, pariq́ue modo in homine ac in quadrupedibus ad brachij os flectitur, & exſtenditur, ac in ſuperiori ipſius ſede, qua poſteriorem cubiti articuli regionem conſtituit, proceſſum obtinet, quem gibberum plerique nominant. Atque etiam inferior vlnæ pars alium gerit, qui à ſtyli forma nomen nanciſcitur. Cæterùm ſoli propemodum radio brachiale articulatur, ac veluti propria cartilagine ab vlna dirimitur, octo oſſibus inter ſe forma & magnitudine omninò differentibus extructum: cuius rurſus inferiori ſedi quatuor poſtbrachialis oſſa vnà cum primo pollicis oſſe coarticulantur. Is nanque, vt & reliqui quatuor digiti, tribus oſſibus ſeriatim, ac veluti in acie poſitis conſtituitur. Omniaq́ue digitorum oſſa ſunt quindecim: quibus in ſecundo pollicis internodio duo parua accedunt oſſicula, ſeſami ſemini collata: qualia etiam in primis quatuor digitorum internodijs (ſed multò minora, impenſiusq́ue cartilaginea) interiori ſede habentur: & vnum in pollicis tertio internodio, vnumq́ue ad exterius latus connexus oſſis poſtbrachialis paruum digitum ſuſtinentis ad brachiale ſecantibus obſeruatur. In reliquis verò digitorum internodijs rariùs vnum, niſi in valdè ſenibus viſitur. Vtrique ſacri oſſis lateri grāde eos coarctatur: quod vbi amplum eſt, iliaq́ue reſpicit, ilium os dicitur: vbi verò profundiori acetabulo femoris caput admittit, coxendicis: vbi autem cum alterius lateris oſſe pubem conſtituit, inſigniterq́ue perforatum cernitur, pubis os appellatur: quāmuis vniuerſum os ſubinde coxendicis nomine comprehendamus. Femoris os ſuprà rotundo capite ceruici prolixæ, & introrſum obliquatæ adnato, coxendicis oſſi inarticulatur, infrà verò duobus capitibus grandioris in tibia oſſis ſinus ſubit ſinu quodam in eorum capitum medio exiſtente, quo tuber dicti tibię oſſis recipitur, peculiaribus etiam cartilaginibus in hoc articulo quadrupedum & auium genu ſimillimo interuenientibus. Iuxta femoris ceruicis externam ſedem grādis apparet proceſſus, quem natem & magnum rotatorem appellamus. intus quoque alium obtinet proceſſum, ſed multò minorem exteriori, quem hac occaſione minorem ſeu interiorem ratatorem vocamus. In tibia, quemadmodum & in cubito, duo ſpectantur oſſa, quorum internum craſſitie exterius longè vincit, totiusq́ue membri nomine comprehēditur, exteriori interim oſſe, quod femori non articulatur, fibula appellato. Ante tibiæ cum femore articulum os rotundum, & mola patellave dictum, ſcuti inſtar prælocatur. Cæterùm imæ tibiæ & fibulæ partes externis ipſorū lateribus prominentes ac excarnes, malleoliq́ue appellatæ, talum eadem ſede in homine ac in quadrupedibus repoſitum, & eundem in illo ac in his vſum ſubeuntem apprehendunt: cui calcis os ſubijcitur, tibiæ rectitudinem in poſteriora longè excedens.

Ante-

Anterior verò tali ſedes in rotundum caput deſinēs, oſſis nauicularis ſinum ſubit, cui tria tarſi oſſa coarticulantur. Quartum enim exteriusque tarſi os cubi & teſſeræ imaginem exprimens, calci iungitur. Porrò quatuor tarſi oſſibus quinque pedij oſſa coarticulantur, & his quinque pedis digiti ſuſtinentur, è quibus pollex duobus tantum oſſibus efformatur, reliquis interī tria internodia ſibi vendicantibus. Quin etiam in pede (quem homo quadrupedibus multo breuiorem obtinet) totidem ac in manu exigua occurrunt oſſicula, quæ ſeſami ſemini comparamus: quanquam primo pollicis internodio hîc duo longè grandiora quàm in manu ſubijciantur, horumque interius illud ſit, quod occultæ philoſophiæ ſectatores corruptioni neutiquam obnoxium eſſe affirmant, & tātiſper in terra aſſeruandū nugaciter cōtēdūt, dū id reſurrectionis tēpore ſeminis modo hominē producat. At hæc, in pede nō minus quā in manu vngues viſūntur, quos nō in oportunè ſubſtantiæ gratia huc reponimus: quemadmodum inter partes aliquid ſuffulciētes referimus palpebrarum cartilagines, cilia quo minus flaccidè concidant erigentes.

## *DE OSSIVM AC CARTILAGINVM LIGAMENTIS ET MVSCVlis arbitrarij motus inſtrumentis. Cap. II.*

LIGAMENTVM nō minus quàm muſculorum eneruationes, & organa quibus animalis ſpiritus à cerebro deducitur, nerui nomine vulgò donatum, corpus eſt ſimilare, ex oſſe aut cartilagine principium ducens, ſenſus propemodum omnis expers, durum, ſed tamen cartilagine mollius, album, & in colligando, continendo, obtegendo, ac muſculis conſtituendis varios in hominum fabrica vſus præſtans. Muſculus enim motus ex noſtro arbitratu pendentis inſtrumentum cenſetur, multis membraneis ligamentiſque naturam poſſidentibus, & carne intertextis fibris formatum, ac vt in ſe contrahatur, mouendamque partem agat, neruorum à cerebro animalem vim adferentium opem non ſecus quàm ſenſuum organa requirens: ſimiliterque vt reliquæ quas enutriri oportuit partes, venis ac arterijs irrigatum. Cæterùm tendo muſculi quædam eſt eneruatio, ac velut illius fibrarum citra carnis interuentum coalitus. Quippe tendo à muſculo tunc ſolùm producitur, quando ille adeò lōgam ſedem ab exortu (quem ab oſſe, aut cartilagine, aut membrana quapiam ſumit) ad inſertionem (quam in mouendam partem molitur) obtinet, vt ipſius fibræ carnis primariæ muſculorum partis implexu vniuerſō ductu non indigeant. Adeò vt longiores muſculi in tendinem modò teretem, modò latum, & veluti membraneum, modò breuiorem, modò longiorem deſināt: breues autē muſculi vniuerſo progreſſu carnei permaneant, in nullam notatu dignam eneruationem degenerantes. Porrò frontis cutem membrana ipſi ſubſtrata, & carneis fibris adaucta mouet. Cutis namque natiuum corporis tegumētum exteriùs tenuem admodum obnatam exigit cuticulam, veluti ipſius veræ cutis efflorescentiam, interiùs verò per vniuerſum corpus membrana quædam cuti ſubducitur, quam quod alicubi (quemadmodum hîc in fronte) carneis fibris adaugeatur, carneam vocari viſum fuit, niſi arrideat magis tunicæ appellatio, quoniam tenus ac ſimplex fibrarumque expers ſit tegmen, membrana. atque inter hanc membranam & cutem adeps plurimus homini aſſeruatur. Superior palpebra etiam dictæ nuper membranæ beneficio mouetur: ea enim parte qua hæc ad internam oculi ſedis regionem carnea efficitur, palpebram attollit: qua verò ad externam oculi ſedem carneis fibris ad C noſtri imaginem ductis enutritur, palpebræ motus deorſum autor euadit. Oculum ſeptem agunt muſculi, primus in latus introrſum, ſecundus extrorſum, tertius ſurſum, quartus deorſum ducunt, quintus & ſextus nonnihil oculum circumuertunt, primi & ſecundi muſculorum functionem parumper adiuuantes. Atque hi ſex forma, quæ oblonga & quaſi teres viſitur, inuicem correſpondent, & à dura membrana neruum viſorium inueſtiente pronati, in anteriorem duræ oculi tunicæ ſedem iuxta iridis latera orbiculatim membraneis tendinibus inſeruntur. Septimus verò his occulitur, & ſolus neruum viſorium in orbem ita ambiens, vt ſex dicti ſimul eundem vnà cum ſeptimo muſculo inducbant, in poſteriorem duræ oculi tunicæ ſedem carneus implantatur: & ijſdem ferè motibus cum ſex illis muſculis præeſt. Alteram naſi alam ſurſum extrorſumque ducit muſculis, ab interiori malæ latere pronatus, vnaque parte in alam, altera in ſuperius labrum, quà id alæ ſubijcitur, inſertus. Introrſum verò alam contrahit membraneus muſculus, in narium amplitudine ſub tunica illas ſuccingente latitans. Buccas & labra agunt muſculi vtrinq; quatuor. ac primus à carnea conſtituitur membrana carneis fibris in anteriori potiſſimùm colli ſede & facie ad malas vſque enutrita, muſculoſaque facta. Secundus à malis pronatus ſuperiori labro implantatur. Tertius ab inferiori maxilla in humilius labrum pertinet. Quartus admodum varius in ea buccarum parte conſiſtit, quam inflamus: atque his accedit muſculi illius portio, quem naſi alam extrorſum agere nouimus, qui vnà cum dictis mirificos illos variosque buccarum & labrorum motus effingit. Maxillam inferiorem mouentium vtrinque etiam quatuor habentur. primus temporalis eſt, à verticis oſſe, & frōtis quoque, & cuneū referente, & tēporis oſſibus amplo latoq; principio enatus, ac maxillæ inferioris acuto proceſſui inſertus. Secundus à mandendo maſſorius dictus, ab ea capitis parte quę iugale os nuncupatur, procedit, externæ maxillæ ſedi inſertus. Tertius à capitis proceſſibus alarum imaginem exprimentibus, in internam maxillę ſedem implantatur, vnà cum dictis maxillam attollens, & in latera prorſumque ac retrorſum agens. Quartus cū ſuo coniuge maxillā deorſum trahit, & à ſtylum imitāte capitis proceſſu initium ducēs, duobusque ventribus priua-

tim donatus, ad ſummum mentum maxillæ inſeritur. Os v referens deorſum rectà trahunt duo muſculi inuicem proximi, atq; à pectoris oſſis ſummo pronati. Surſum verò id ducunt alij duo, à maxilla inferiori principiũ ducẽtes: in latera autem id os ſurſum allicitur vno vtrinq; muſculo, qui à capitis proceſſu ſtylum referente naſcitur. Deorſum quoque ad latera vtrobique vnus mouet muſculus, ab elatiori ſcapulæ coſta principiũ obtinens. Octo præſentes muſculi in anteriorem oſſis v imaginẽ exprimentis ſedẽ implantantur. Linguæ radici à dicti iam oſſis medio carnea moles implantatur, quæ duorum muſculorum vice numerari poſſet, introrſumq; & deorſum rectà linguam trahit. Ab eius oſſis lateribus vtrobique vnus etiam linguæ radici inſeritur, introrſum, ſed tamen magis ad latus linguam agens. Quintus & ſextus linguæ maſculi in vtroque latere ſinguli à capitis proceſſibus ſtylum referentibus enati, linguæ radici implantantur, eam ſurſum, prout hic aut ille contrahitur, ad latus ducentes. Septimus & octauus vtrinque ſinguli à lateribus maxillæ inferioris iuxta molarium dentium radicem enati, linguæ lõgitudini ſecundùm humiliora inſeruntur, linguæ partem ante ſectionem inhiante ore conſpicuam deorſum in latera mouentes. Nonus ab interna maxillæ inferioris ſede iuxta ſummum mentum prodiens, craſſus cernitur, & aliquot donatus inſcriptionibus, linguęque humiliori ſedi inſertus, eam extrorſum agit. quanquam præter hos muſculos linguæ corpus ante ſectionem apparens, talibus implicetur fibris, vt magna Naturę induſtria in omnem motus differentiam promptiſſimè feratur. Primam laryngis cartilaginem ſecundæ committunt quatuor muſculi, laryngis rimulam arctantes: & quatuor tertiam cartilaginem ſecundæ nectunt, rimulam aperientes: & duo tertiam primæ colligant, rimulam claudentes: alij duo in tertiæ cartilaginis baſi conſiſtentes rimulam ſtringunt. Atq; hi duodecim muſculi, laryngis proprij vocantur. Communiũ verò duo ab oſſe v ſimili primæ cartilagini inſerũtur, eamq; antrorſum attollentes, rimulã laryngis referant. & duo à pectoris oſſe pronati, in eandem quoq; cartilaginem pertinẽt. Dein duo à poſteriori ſede ſtomachi inuicem proximi principium ducentes, eius quoque cartilaginis lateribus toti carnei (vt omnes ferè laryngis) inſeruntur, vnà cum duobus poſtremo dictis laryngem arctantes. Alij duo ab oſſe v referente enati, & in laryngis operculi radicem inſerti, id ſurſum antrorſumque vellunt. In caput mouentium claſſem illi quoque reijciuntur, qui primam ceruicis vertebram priuatim mouent. ſunt autem vniuerſi ſeptem paria, quod ſcilicet vtrobiq; totidem enumerentur muſculi. Ac primum par ex quinq; ſuperiorum thoracis vertebrarum ſpinis pronatũ, ſenſimq; extrorſum obliquè aſcẽdens, occipitis oſſi implantatur. Secundum par, quod nõ duobus, ſed pluribus efformari videtur muſculis, admodumque varium cernitur, præcipua ipſius portione extranſuerſis quatuor ſuperiorum thoracis, & quinque humiliorum ceruicis vertebrarum proceſſibus enatum, introrſumque nõnihil obliquè cõſcendens, occipitis oſſi implãtatur. Tertium à ſpina ſecundæ ceruicis vertebræ enatum, & extrorſum parumper obliquè repens, occipitis etiam oſſi inſeritur. Quartũ par ſimiliter occipitis oſſi inſertũ, à prima vertebra inibi prodit, qua aliæ vertebræ in ſpinam deſinunt. Quintum ab occipitis oſſis medio tranſuerſum quodammodo ad lateralis primæ vertebræ proceſſus fertur. Sextum à ſpina ſecundæ vertebræ in eoſdem proceſſus pertinet, ſimiliter ac quinque nunc enumerata in poſteriori ceruicis ſede conſiſtens, ac pariter vt tertium, quartum & quintum, muſculis conſtans prorſus carneis & teretibus & gracilibus. Septimum par inſignius eſt, atque à pectoris oſſis ſummo, clauiculisque quà illi articulantur, vtrinque vnus pronaſcitur muſculus, qui ſurſum obliquè ductus in mamillarem capitis proceſſum inſertionem tẽtat. Cæterùm primis quatuor paribus ſimul tenſis caput rectà retrorſum ducitur, ſi verò trium primorum parium muſculi ex altero latere tantùm egerint, ad capitis circumuerſionem auxiliabuntur, & in illo motu quintum & ſexũ par, primam ceruicis vertebram vnà cum capite ingyrũ ducent. Septimi verò paris maſculis ſuum munus ſimul obeuntibus, caput rectà antrorſum flectitur: quũ autem alternatim laborãt, circumuerſionis autores efficiũtur. Verùm ad capitis motum, quod id ſecundariò cum ceruice flectitur, & extenditur, ac in latus ad humeros ducitur, ceruicis muſculi famulãtur, inter octo paria dorſum mouentia reponendi. Ac primum par à quintę thoracis vertebrę corporis lateribus incipiens, ad primam vſque ceruicis vertebram pertingit, ſtomacho ſubiectum, ſuperioremq; dorſi partem flectens. Secundum à prima thoracis coſta vtrinque pronatum, & internę tranſuerſorum ceruicis vertebrarum proceſſuũ ſedi inſertum, ceruicem in latus ſed antrorſum magis, ducit. Tertiũ ex tranſuerſis ſex ſuperiorum thoracis vertebrarum proceſſibus originem obtinens, externæ ſedi tranſuerſorum vertebrarum ceruicis proceſſuum implãtatur, ceruicemque retrorſum inclinantem ad latus agit. Quartum par à ſeptimæ thoracis vertebræ ſpina ad ſecundam vſque ceruicis vertebram pertinet, omnibus intermedijs vertebris, vti & primum par, inſertum, ac ex eiſdem principium capiens, ſuperioremque dorſi partem extendens. Quintum par vtrinque etiam habet muſculum, ab ilium oſſe in tranſuerſos lumborum vertebrarum proceſſus, & infimam thoracis coſtam inſertum inferiorisq; dorſi partis flexus opificem. Sextum ab infima oſſis ſacri ſede in dorſo incipiens, ad ceruicem vſque fertur, in tranſuerſos proceſſus lumborum, ſed manifeſtiùs adhuc thoracis vertebrarum inſertũ. Huius paris ambobus muſculis contractis, dorſum extenditur: altero autem tantum laborante (vt & in alijs paribus) hoc quoque par obliqui ſeu in latera motus autor euadit. Septimum ſub ſexto occultatum à poſteriori ſacri oſſis ſede principium ducens, ad vndecimæ vſque thoracis vertebræ ſpinam conſcendit, omnibus intermedijs ſpinis aſſertum, ac ſpinas inuicem colligendo, dorſum hîc extendẽs, vti & in ſua ſede octauum par quod ab vndecima thoracis vertebra ad ſeptimam vſque ceruicis porrectum, ita prorſus intermedijs ſpinis committitur, vt ſeptimum illis quibus adnaſcitur ſpinis. Scapulam ad pectus mouet muſculus à thora-

thoracis ſecunda, tertia, quarta & quinta coſtis anteaquam in cartilaginem illę finiant enatus, & trianguli modo in internum ſcapulæ proceſſum inſertus. Secundus ſcapulam mouentium ab occipitio pronatus, & dein ſecundùm ceruicis longitudinem ad octauæ vſque thoracis vertebræ ſpinam à vertebrarum ſpinarum apicibus principium ſumens, in ſcapulæ ſpinam ſummumque humerum & clauiculæ portionem inſeritur, tota ſui parte quæ in ceruice conſiſtit ſcapulam ſurſum vellens, ea verò quæ ſub ceruice in poſteriori thoracis ſede habetur, monachorumque cucullis reſpondet, ſcapulam deorſum trahens. Tertius à tranſuerſis ſuperiorum ceruicis vertebrarum proceſſibus enatus, ac clatiori ſcapulæ baſis angulo inſertus, illam quoque attollit. Quartus ex quintæ, ſextæ & ſeptimæ ceruicis, ac trium primarū thoracis vertebrarum ſpinis præcipuè enaſcitur, ſcapulæque baſi inſertus, eam ad dorſum non nihil ſurſum contrahit. Primus brachij motuum autor à media clauiculæ ſede pectoris oſſi proxima, & pectoris oſſe pronatus, ac quodammodo in angulum arctatus, brachium pectori adducit. Secundus ab altera clauiculæ parte, & ſummo humero, & ſcapulæ ſpina principium ſumens, ſuoq; vertice brachij oſſi tranſuerſim inſertus, id ſurſum variè attollit, hunc humeri articulum pulchrè tegens, & figuræ A nō abſimilis. Tertius ab humiliori ſcapulæ coſta prodiēs, brachium rectà ad dorſum allicit. Quartus à ſextæ thoracis vertebræ ſpina ad humiliorem vſque ſacri oſſis ſedem ex intermediarum ſpinarum apicibus originem ducens, & veluti in trianguli verticem coactus, in brachium inibi inſeritur, vbi tres commemorati inſertionem longè ſub oſſis capite ſcapulæ articulato moliuntur. atque hic muſculus brachium variè deorſum trahit, vti ipſius principum perquam amplum eſt: neque ex puncto ita ducitur, vt muſculi ſimplicem prorſus motum obituri. Quintus vniuerſam ſcapulæ cauum coſtas reſpiciens occupat. Sextus gibbam ſcapulæ ſedem vniuerſam ſibi vendicat, ſub ipſius ſpina conſiſtentem. Septimus ſinum implet inter ſcapulę ſpinam & elatiorem ipſius coſtam conſpicuum. Hi tres amplis implantationibus in ligamenta humeri articulum ambientia inſeruntur, brachij circumactus opifices, quamuis ſeptimus & ad brachij eleuationem aliquid auxiliari videatur. Thoracem mouentium primus à clauicula enatus, in primam thoracis coſtam inſeritur, illam ſurſum ducēs, hacque occaſione ad thoracis dilationem iuuans. Secundus à baſi ſcapulæ pronatus, tanquam digitis quibuſdam octo ſuperioribus coſtis longè anteaquam in cartilaginem degenerent, inſeritur, eaſque extrorſum mouens, thoracem dilatat. Tertius ex apicibus ſpinarum trium inferiorum ceruicis, & primæ thoracis vertebrarum latum membranumque principium ducens, ternis veluti digitis, tribus quatuor ſuperiorum coſtarum interuallis ſub ſcapulæ baſi inſeritur, easque coſtas ſurſum obliquè ducens, thoracem ampliat. Quartus ab ilium oſſe incipiens, ſurſumque ad ceruicem ductus, duodecim coſtis quà primùm à vertebris diſcedūt, inſeritur, thoracem arctans. Quintus ex ſpinarum apicibus duarum infimarum thoracis & aliquot lumborum vertebrarum membraneus enaſcitur, & tranſuerſim ductus, ac nonæ, decimæ, & vndecimæ coſtis vbi in interiora reflectuntur inſertus, thoracem dilatat. Sextus in thoracis amplitudine repoſitus, verarum coſtarum cartilaginibus pectorisque oſſis lateri exporrigitur, thoracis cōſtrictioni præfectus. In duodecim coſtarum interuallis interiores ac exteriores muſculi reponuntur. qui exteriores in coſtarum oſſium interuallis conſiſtunt, à ſuperiori coſta antrorſum obliquè ſuas fibras in humiliorem mittunt: interiores verò ab inferiori coſta ſurſum obliquè in anteriora, ad ſuperiorem coſtam fibras porrigunt. In ſex verò cartilaginum quæ legitimis coſtis aſſcribuntur interuallis, exteriorum muſculorum fibræ ab humiliori cartilagine in ſuperiorem obliquè antrorſum repunt: interiores autem fibræ à ſuperiori cartilagine ad inferiorem antrorſum pertinent, ac proinde in ſex legitimarū coſtarum interuallis quaterni numerantur muſculi. in ſpuriārum autem coſtarum interuallis bini tantum, vniuerſiq; vnius lateris intercoſtales muſculi quatuor ſunt & triginta, ad vnum omnes arctando thoraci præfecti. Atque numeratis hactenus in vno latere thoracis quadraginta muſculis, alij totidem in altero latere congruunt. & his octuaginta vnus accedit, vtrique lateri communis, ipſum videlicet ſeptum tranſuerſum infimæ pectoris oſſis & ſpuriarum coſtarum cartilaginibus & vertebris lumborum ſuperioribus inſertum, ac in medio verneum, in circuitu verò ad inſertionem carneum, vt ſanguificationi generationique ſubſeruientia organa à cordis & partium ipſi ſubminiſtrātium ſede dirimens, thoracemque proprio munere dilatans. His accedunt octo abdominis muſculi, vtrinque nimirum quatuor. Primus ſeu extimus obliquè deorſum in priora fibras porrigit, cùm ſuo coniuge toti abdomini inuolucrum efformans. Secundus obliquè ſurſum in anteriora fibras mittit, & cum ſuo pari inuolucrum quoque abdomini conſtituit. Tertius rectà fibras ſurſum ducens, à pubis oſſe ad pectus conſcendit. Quartus tranſuerſim fibras digerit, ac cum ſuo pari etiam, vt & obliqui, inuolucrum abdomini extruit, ad thoracis conſtrictionem nō minus quàm cæteri abdominis muſculi ſuppetias ferens. Cubitum duo flectunt, quorum anterior vnū caput à ſcapulæ ceruicis elatiori ſede, alterum ab interno ſcapulæ proceſſu mutuatur, & illis efformatus capitibus in radium inſeritur. Poſterior à brachij oſſe enatus, in anteriorem cubiti articuli ſedem, potiſſimùm verò in vlnam inſeritur. Extendunt autem cubitum tres, ac vnus ab humiliori ſcapulæ coſta naſcitur, ſecundus à brachij oſſis ceruicis poſteriori ſede. hi in deſcenſu inuicem connaſcuntur, & ipſis tertius admiſcetur, à media ferè longitudine oſſis brachij enatus, & ſimul cum illis in poſteriorem vlnæ proceſſum inſertus. In interna cubiti ſede gracilis reponitur muſculus, qui ab interno oſſis brachij tubere pronatus, in latum degenerat tendinem, internæ ſummæ manus cuti magna ex parte ſubnatum: cuius beneficio ea cutis minus verſatilis, & ad tangendum aptior reddi creditur. Radius in pronum duobus muſculis ducitur. vno quidem ab interna cubiti articuli ſede enato, & in

radium obliquè implantato: altero autem iuxta brachiale ab vlna in radium transuersim ducto. In supinum verò radius alijs duobus fertur, vno quidem lõgo, & à brachij osse ad inferiorem radij partem, cui brachiale articulatur, pertinente: altero ab externa cubiti articuli regione ad mediam radij longitudinem obliquè exporrecto, ibidemque inserto. Brachiale quatuor præcipuis agitur musculis, ac duo primi ab interno tubere brachij ossis pronascuntur, & vnus postbrachialis ossi indicem sustinenti; alter verò brachialis minimo ossi implantatur. tertius à brachij osse enatus, bifido tendine in postbrachialis ossa indicem & medium sustinentia inseritur. quartus ab externo brachij ossis tubere pronatus, ac vlnæ exporrectus, in postbrachialis os paruũ sustinens digitum insertionem molitur. Duo primi simul brachiale flectunt: tertius verò & quartus simul contracti, id extẽdunt. Verùm primo simul cum tertio tenso, brachiale in internum latus agitur, secundo autem & quarto vnà laborãtibus id in externum latus inclinatur. Digitos manus mouẽtium primus ab interna anteriorique cubiti articuli sede enatus, ante brachialis radicem in quatuor dissinditur tendines, secundis quatuor digitorum internodijs insertos, illaque flectentes, Secundus ab eadem sede cum primo, sed magis decliuè, originem ducens, primo substernitur, in quatuor etiam diremptus tendines, qui primi tendinibus subiecti, ante secundi digitorũ internodij radicẽ eos tendines perforant, tandemq; in tertia quatuor digitorum ossa insertionem molientes, ea flectunt. Tertius à radio iuxta cubiti articulum enatus, tertio pollicis articulo inseritur, ipsiusque flexus autor euadit. Tertium musculum, in serie alij tredecim numerò subsequuntur, in extrema manu repositi, quorum bini primo singulorum quinque digitorum ossi inseruntur, eius flexionis opifices, & tres secundo pollicis internodio potissimùm inserti id quoque flectunt. Decimusseptimus itaque digitos mouentium ab externo brachij ossis tubere natus, & indici, medio ac anulari præcipuè implantatus, eos digitos extendit. Decimusoctauus ab eadẽ qua nuper dictus sede prodiens, parui digiti extẽsionis primarius autor est, & variè cum decimiseptimi tendine tribus anularis digiti ossibus inserto commixtus, etiam abductioni versus exteriora nonnihil inibi subseruit. Decimusnonus cum illo qui vigesimus primus erit, commune principium ab vlna, non procul à brachialis sede nanciscitur: & in duos ferè dissectus tendines, vnum exteriori indicis, alterum medij lateri digerit, illorumque digitorum in externum latus abductionis autor censetur. Vigesimus à brachiali pronatus, & externo postbrachialis ossis paruum sustinentis lateri exporrectus, primoque eius digiti ossi insertus, illum extrorsum in latus abducit. Vigesimus primus externo lateri exterioris pollicis regionis ad tertium vsque articulum implantatur, pollicis versus indicem extensionis autor. Vigesimus secundus ab vlna paulo superiùs quàm nuper dictus prodit: & mox bipartitò scissus, vna portione in tendinem cessat, brachialis ossi pollicem sustinenti insertum, & ductum, quo manus radij motum in pronum sequitur, adiuuantem. Altera autem pars in duas rursus dirimitur, quæ singulæ vnum efficiunt tendinem: & hæc quidem suum tendinem primi pollicis ossis exterioris sedis interno lateri inserit: illius verò partis tẽdo illi ossi tantũ obnascitur, in secũdum & tertium pollicis os insertus. Horum tendinum beneficio pollex introrsum versus extenditur. Vigesimus tertius ad internum primi pollicis ossis latus sedem obtinens, pollicẽ ab indice insigniter abducit. Vigesimus quartus ab osse postbrachialis indicem suffulciẽte enatus, & primo pollicis ossi præcipuè insertus, pollicem indici proximè adducit. Supersunt adhuc quatuor graciles musculi, quatuor tendinibus secundi digitos mouentium, musculi in vola atrensi, & in internum latus primi quatuor digitorum ossis inserti, eorumque digitorum ad pollicem in latus adductionis ministri. Reponũtur itaq; in interna cubiti sede musculus, latum manus efficiens tendinem, primus & secundus brachialis motuum autores, primus, secundus & tertius digitos mouentium, & duo radium in pronum ducentes. In externa autem sede consistunt decimusseptimus, decimusoctauus, decimusnonus, vigesimusprimus, vigesimussecundus digitos mouentium & tertius, & quartus brachialis motibus præfectorum, & duo radium in supinum agentes, suntque omnes numero nouem, Verùm decem consurgent si à vigesimo secundo digitos mouẽtium illam portionem distinxeris, quæ brachialis ossi pollicem sustinenti tendinem offert. In extrema manu obseruãtur decem musculi, primos articulos digitorum flectentes, & tres secundi pollicis internodij flexus autores, & dein digitos agentium vigesimus, vigesimustertius, vigesimusquartus, & quatuor musculi quorum beneficio quatuor digiti pollici adducuntur. Sĩguli virorum testes cum suis seminalibus vasis tunica obducũtur à peritonæo pronata, & aliquot rectis carneisque fibris enutrita, infimæque semen deferentis vasis sedi inserta. His fibris testi vnus constituitur musculus, cuius ope testis obscurè sursum vellitur. Sic & membrana vterum firmantes, vtrinque carneis donantur fibris, hacque ratione vterus vtrobique vnum possidet musculum, cuius auxilio leuiter sursum versus ilia contrahitur. Vesicæ cerui-ci vnus orbiculatim obnascitur musculus, intempestiuam vrinæ excretionem prohibens. Itẽ alius quoque musculus, recti intestini finem circulatim ambit immaturæ egestioni præfectus, & duo alij musculi post egestionem rectum intestinum alacriter sursum attollunt. Penis radici vtrique à pubis osse gracilis inseritur musculus, nimis quàm segniter ad ipsius tentiginem iuuans. Quinetiam ab interiori sede musculi rectum intestinum orbiculatim amplectẽtis, duo enascuntur musculi, inuicem sibi proximi, & vrinę meatui, quà is sub pubis ossibus sursum reflectitur, implantati, meatumque in seminis eiaculatione quo minus ille ad flexum occludatur, dilatantes. Primus femur mouentium ab ilium ossis extima sede: & coccygis ossis posteriori regione enatus, posteriori magni femoris processus sedi, & eius quoque radici ampla insertione innascitur. Secundus sub primo magna ex parte reconditus, magisque ab anteriori illum osse sede pronatus, etiam

magno

magno femoris proceſſui inſeritur. Tertius ſecundo longè minor, ipſoq; penitus occultatus, ab ilium oſſe iuxta poſteriorem coxendicis acetabuli ſedem enaſcitur, magno etiam femoris proceſſui inſertus, & vt duo priores femur extendens, extrorſumque in latus agens. Quartus à tribus humilioribus oſſis ſacri oſſibus pronatus, etiam magno proceſſui inſeritur, femur extendens, & extrorſum non parum circumducens. Quintus omnium corporis muſculorū maximus, & pluribus partibus à coxendicis oſſe ac pubis principium ducens, poſterioriq; femoris ſedi ad humiliora ipſius vſque capita inſertus, extenſionis & rectæ ſtationis autor habetur, femur etiam introrſum agēs, idq; ipſius potiſſimum portione à pubis oſſis humiliori ſede pronata. Sextus à duabus infimis thoracis & aliquot ſuperioribus lumborū vertebris initiū capiens, minori femoris proceſſui inſeritur, femoris flexus vnà cum ſeptimo autor: qui à tota interiori oſſis ilium ſede enatus, minoti quoq; proceſſui elatiùs ſexto implantatur. Octauus à pubis oſſe pronatus, ſub minori proceſſu femori longa inſertione implantatur, id quidem flectens, verūm etiam impenſe introrſum mouēs. Nonus anteriorem pubis oſſis foraminis ſedem occupans, maioriq; femoris proceſſui inſertus, introrſum femur circūuertit. Decimus poſteriorē interioremq; dicti iam foraminis ſedem ſibi vendicans, & ſecundùm coxendicis oſſis poſteriora tutiſſimè reflexus, ac veluti alijs muſculis hic pronaſcētibus adauctus, maioriq; femoris proceſſui implātatus, femur extrorſum circumuertit: Tibiam agentium primus ab ilium oſſis ſpinæ antica ſede enatus & admodum obliquè ſecundùm femoris internam ſedem ductus, anteriori tibiæ ſedi inſeritur, totiusq; corporis gracilimus, & ſimul longiſſimus muſculus efficitur. Secundus à pubis oſſium commiſſura enatus, in eandem cum primo ſedem inſeritur. Tertius à coxendicis oſſis appendice principium obtinens, in eam quoque ſedem tibiæ implantatur. Quartus ab eadem ſede coxendicis oſſis pronatus, & portionem ſui à femoris oſſe in deſcenſu aſſumens, tibiæ cum fibula articulo, ſed potiſſimum fibulæ inſeritur. Quintus ab eadem etiam regione principium adeptus, in anteriorē tibiæ ſedem cū tribus primis, verūm minus deeliuis, implantatur. Sextus ab ilium oſſis ſpina pronatus, membranę modo muſculis os femoris amplexantibus obducitur, & potiſſimum ad exterius latus genu articuli inſeritur. Septimus à radice magni femoris proceſſus enatus, & externum femoris latus occupans, cum octauo & nono tendinē efformat, cui patella innaſcitur. Octauus enim à ceruice femoris & radice maioris ipſius proceſſus originem ducens, quaſi totum femoris os proximè ambit. Nonus à coxēdicis oſſis tubere ſupra ipſius cum femore articulum, anteriori in parte cōſpicuo originē ſumens, & ſeptimo & octauo inſtratus muſculis, ad anteriorem genu regionem fertur: ac in tendinem degenerans, cum duobus nuper dictis vnum conſtituit tendinem, anteriori tibiæ ſedi validiſſimè implantatū. atque ita primus, ſextus, ſeptimus, octauus & nonus tibiæ extenſionis opifices habentur, ſecundo interim, tertio, quarto & quinto tibiam liquidè extendē-

tibus. Qui in poplite latiat muſculus, & ab externo genu articuli ligamento in tibiæ os obliquè pertinet tibiam non flectit, & ſi quid agit, obſcurè motū imitatur primi radium in pronum mouentis muſculi. Eorum qui pedem mouent, primus ab interno femoris capite iuxta genu articulum incipit, vti & ſecundus ab externo capite principium nanciſcitur, ambo poſteriorem ſuræ partem conſtituentes, & cū quarti pedem mouentis muſculi tendine congredientes, in calcē inſeruntur. Tertius exiguus eſt muſculus, ab externo quoque femoris capite pronatus, & in poplitis regione adhuc in tenuiſſimum tendinem deſinens, calcis oſſis interno lateri inſertum. Quartus, pedem mouentium maximus eſt, ac à fibulæ cum tibia coarticulatione incipiens in validiſſimum deſinit tendinem, cui duorum primorum tēdo vnitur, ſimul cum ipſo calci inſertus. Quintus muſculus tibiæ ac fibulæ poſteriori ſedi proximè allocatus, ab ijſdem pronaſcitur oſſibus vbi illa primū dehiſcunt, & iuxta interioris malleoli poſteriora tēdinem educit in tarſi os, quod teſſeram imitanti oſſi cōterminum eſt, inſertum. Sextus in anteriori tibiæ ſede poſitus, à tibiæ oſſe qua illi fibula ſuperiùs coarticulatur pronatus, tendinem in radicem pedij oſſis pollicem ſuſtinentis inſerit. Septimus à fibula principium ducens, externum tibiæ latus occupat, ac tēdinem ſub pedis inferiora reflexum, pedij oſſi pollicem ſuffulcienti inſerit. Octauus ſeptimo occulitur, atque à fibula etiam enatus, tendinem inſerit radici oſſis pedij paruum digitum ſuſtinentis. Nonus pars eſt eius quem quatuor pedis digitos extendere mox dicturus ſum; inſeritur verò ad medium ferè longitudinis oſſis pedij, ante paruum digitum poſiti. Primus quinque muſculis pes extenditur, ſeu fortiter terræ admouetur, quamuis tertius muſculus id inualidè præſtet: & ſi quid ad pedis motum facit, eum in obliquum verſus interiora agit: ſexto autem, ſeptimo, octauo & nono pes flectitur, horumq; muſculorum beneficio pes laterales motus, prout ſinguli agunt muſculi, experitur. Pedis digitos mouentium primus in planta totus collocatur, & infima parte membranam impenſe craſſam, & lato in manu tendini nō abſimilem pertinaciter obnatam poſſidet: & à calcis oſſe pronatus, ſecundis quatuor, digitorū internodijs ſingulos tendines offert, eorum flexus autores. Secūdus & tertius poſteriorem tibiæ ſedem perreptant, & ſecundus tibiæ oſſi magis quàm fibulæ exporrectus, ab illoq; pronatus, tendinem in plātam mittit, qui in quatuor diſſectus tendines, ſingulos quatuor digitorum tertijs oſſibus inſerit, primi muſculi tendines, perinde ac in manu fit, perforantes, eaque oſſa flectentes. Tertius à fibulæ ad tibiam nexu enatus, & etiam fibulæ multum exporrectus, tendinem in plantam profert: à quo exigua portio tendinibus commiſcetur, indicis & medij tertium internodium flectentibus: reliquus autem totus in ſecūdum pollicis os inſeritur, illius flexionis autor. Decem muſculi his ſuccedunt, qui inſigniter mutuò implexi, ac pedij oſſibus adnati, prima digitorum oſſa flectūt duobus muſculis ad ſingulos digitos pertinentibus. Decimus quartus igitur, cuius pars nonus pedem mouentium cenſebatur, à tibię anteriori

ſede pronatus, in quatuor dirimitur tendines, qui quatuor digitis inſerti, eorum extenſionis autores cenſentur. Decimusquintus ab interiori tibiæ ſede etiam procedens, pollici inſeritur, ipſius extẽſionis opifex. Decimusſextus in ſuperiori pedis ſede reponitur, carneaque eſt moles in quatuor diuiſa tendines, quorum vnus pollicis ſuperioris ſedis externo lateri implantatur, ſecundus indicis, tertius medij, quartus anularis: atque hi tẽdines eorum digitorum in externum latus abductionis opifices ſunt. Decimusſeptimus externum pedis latus occupans, & parui digiti primo oſſi inſertus, illum à cæteris remouet. Decimus octauus interno pedis lateri exporrectus, pollicem à cæteris digitis abducit. Dein in pedis planta carnea conſiſtit ſubſtantia, in quatuor graciles diſſecta portiones tendinibus adhærentes, quorum miniſterio tertia quatuor digitorum oſſa, flectũtur. Hæ portiones interno quatuor digitorum lateri ad primum articulum inſertæ, eorum ad pollicem adductionis autores habentur. ac proinde ſi iſtas quatuor portiones, quatuor muſculorum vice enumeraueris, in tibiæ poſteriori ſede obſeruabis primum, ſecundum, tertium, quartum pedem mouentium, ſecundum & tertium digitos mouentium, & ſub illis quintum pedem mouentium. In anteriori verò ſextum, ſeptimum, octauum, nonum pedis motuum autores, & decimumquartum, decimumquintum digitos mouentium, in pede autem habueris primum digitos agentem, & decem prima digitorum oſſa flectẽtes, & decimum ſextum, decimumſeptimum, decimumoctauum digitos quoque mouentium, niſi decimumſextum in plures diuidere propoſitum eſſet. Porrò muſculorum enarratione paſſim ligamentorum non memini, quòd magna ex parte articuli inuicem reſpondeant. Omnibus enim articulis orbiculatim ligamentum ab vno eſſe in aliud, aut in cartilaginem, vel à cartilagine in os, aut cartilaginem inſertum priuatim obducitur, pauciſque articulis ligamenta acceſſere peculiaria. Vt in capitis articulo teres quoddam à dente ſecundæ ceruicis vertebræ in occipitis os ducitur, & ſecundùm dentis poſteriorem ſedem in prima vertebra vnum tranſuerſim fertur. Vertebrarum corpora ligamentis admodum cartilagineis committuntur, aſcendẽtes verò & deſcendentes eorundem proceſſus validis quoque, ſed tantùm ambientibus colligantur: dein in ſpinarum interuallis membranæum cõſiſtit ligamentum, ſicut in cubito & tibia, vbi oſſa hîc inuicem dehiſcunt: inſuper in pubis oſſium foraminibus huius generis occurrit ligamentum, ſeu membrana potiùs. In humeri articulo tria peculiaria viſuntur, quorum primum teres eſt, & ab interno ſcapulæ proceſſu enatum, in externum humeri caput fertur, alia duo ab elatiori ceruicis ſcapulæ ſede enata, in idem caput pertinent, & vnum quoque hîc ab interno ſcapulæ proceſſu in ſummum humerũm ducitur. In brachialis oſſium inter ſe & cum poſtbrachialis oſſibus connexu, vt & in pede, paſſim cartilaginea ligamenta interueniunt. A ſacro oſſe duo teretia in coxendicis os pertinent. Ex femoris ſuperiori capite teres ligamentum in coxendicis acetabulum inſeritur. In genu articuli medio cartilagineum cõſiſtit ligamentum, & dein in poſteriori ipſius ſede, & vtrinq; ad latera vnũ peculiare ſecãtibus obuium eſt. Ex ligamẽtorum verò trãſuerſim tendinibus obductorum, tendinesque ne ſua ſede declinent, continentium numero, in interna brachialis ſede vnum conſiſtit, & ſecundùm vniuerſam internam cuiusq; digiti ſedem vnũ cõtinuum habetur, iuxta brachialis radicem in externa radij & vlnæ ſede ſex occurrunt. In anteriori tibiæ ſede iuxta talum vnum quoque obſeruatur, & tria inter calcem & internũ malleolum, dein vnum inter calcem & externũ malleolum. Sic & in interna inferioriúe pedis digitorum ſede, huius quoque generis ligamenta ſpectantur.

## *DE ORGANIS NVTRITIONI, QVAE EX cibo potuq́, fit famulantibus. Cap. III.*

QVANDOQVIDEM homo propter ſemen genitale ſanguinemque menſtruũ, generationis noſtræ primordia, & eorũ quibus conſtamus materiam immortalis fieri nequiuit, immenſus rerum Opifex, vt is quã diutiſſimè viuat, & ſpecies ipſius nũquam deficiẽs ſemper immortalis perſeueret, ſolicitè machinatur. Vt enim ad debitum incrementum homo attingeret, ac illa quæ inſitus calor perpetuò depaſcitur, quàm fieri poſſet proximè reſtituerentur, organa nutritioni multifariam famulantia obtinuimus. Cibus namque dentibus, quò poſtmodum leuiori opera conficiatur, effractus, per inde ac potus ab ore in ventriculum, tanquam in promptuarium, per viam ducuntur, quę duabus proprijs tunicis tendi, atque in ſe concidere aptis formata, ex faucibus ſub aſpera arteria, ac dein ſecundùm thoracis vertebras per ſeptum tranſuerſum in ſuperius, ſiniſtrumúe ventriculi orificium pertinet, & ſtomachus aut gula vocatur. Ventriculus verò inter iecur & lienem ſub ſepto repoſitus, & inſigniter capax, & ſecundùm tranſuerſum oblongus, in ſiniſtraque corporis ſede quàm in dextra amplior, & duabus demum tunicis diſtendi contrahique idoneis, & tertio quodam inuolucro quod peritonæum educit intectis, efformatus: & compluribus venis, arterijs ac neruis implexus quod ab ore illi delatum eſt concoquit, ac velut in lacteum cremorem inſita vi emutat, quem per ſuum inferius orificium ex elatiori ſede dextri ipſius lateris exortum, in inteſtina propellit. quæ corpora ſunt teretia vno cõtinuoque ac innumeris orbibus gyriſque tortuoſo ductu à ventriculo ad podicem pertinentia, & ſimiliter ac ventriculus duabus proprijs tunicis extructa. quibus tertia à peritonæo accedit, non minus quàm duæ propriæ, laxari contrahique apta, non tamen vndique pariter ampla. Inteſtinorum ſi quidem à ventriculo procedens origo, ſecundùm ventriculi poſteriora ad dorſum vſque reflexa, & duodenum nobis appellata, ac dein huic ſuccedens inteſtinorum pars quam ieiunum dicimus, & ea quæ ilium ſeu voluulus nuncupatur, ſuisque orbibus ilia & ſedem vndique vmbiculo ſubiectam &

con-

cõterminam implet, pari quodammodo constat amplitudine, quæ quum arcta sit, vt dictis nuper intestinorum partibus gracilium nomen inderetur, in causa fuit. Porrò intestinorum pars in quam ilei terminus cessat, impense crassa & ampla visitur, ipsique appendiculum continuatur, instar lumbrici inuolutum angustumque, & vno ore donatum, ideoque cæcum dissectionis proceribus appellatum. Ipsa verò crassa intestinorum pars à dextri renis sede ad iecoris cauum ascendens, hinc secundùm ventriculi fundum ad lienis sedem, & illinc secundùm sinistri renis sedem deuoluitur, & gyro quodam in sinistra pubis sede reflexa, totoque illo ductu colum constituens, super ossis sacri initium rectà deorsum ad anum fertur recti ac principis intestini nomen inibi obtinens. In hæc itaque intestina quicquid ventriculus confecit, depellitur, per varios illorum gyros deuoluendum: venæ autem quæ innumera serie à iecoris cauo vnà cum arterijs à magna arteria depromptis, inter duas membranas intestina dorso colligãtes, multaque pinguedine ac glandulis abundantes, & mensenterium vocatas, in intestina pertingũt, ex ipsis (sed potissimum gracilibus) intestinis, quicquid sanguini efficiendo idoneum est, simul cum aqueo tenuique; concoctionis ventriculi recremẽto exugũt, id iecori sanguificationis officinæ deferẽtes. Ipsum autem crassius & ineptum suctioni recrementũ sensim in crassa colligitur intestina, illic tantisper asseruandum, donec hominem molestans, recluso rectum intestinum orbiculatim ambiẽte musculo semel vniuersimque; hominis arbitratu egeratur. Iecur in nullas diremptum fibras lobosúe, ipsi subministrantium organorum elatissimam sedem occupat, ac ventriculo magna ex parte incumbens, septoque trãsuerso proximè subditum, & magis dextrã quam sinistram corporis sedem implẽs, suprà gibbum, infrà cauum visitur, accumbentium illi partium formæ admussim congruens, & multarum venarum implexu, quibus propria iecoris substãtia concreto nuper sanguini similis circunfunditur, efformatum tenuique; inuolucro ab ipsius ligamentis quibus peritonæo firmatur procedente obtectum, neruulosque duos & arteriam item vnam admittens, & naturalis seu altricis, aut, vt Plato dicebat, venereorum ciborum & potuum concupiscibilis animæ fomes. Cæterùm venarum per iecur diffusarum vna series in gibbo ipsius consistit, ad cauam pertinens venam, altera in iecoris cauo reponitur, portæ venæ caudicem constituens: quæ primum vesiculæ bilem flauam recipienti surculos duos promit, dein ventriculi posteriori sedi iuxta inferius ipsius orificium: inde ventriculi fundi dextræ parti ramus offertur, à quo ramuli in ventriculum & superiorem omenti membranam sparguntur, quod membraneum est corpus sacculi modo extructum, & vasis tutò deducendis præcipuæ adaptatum: quanquam quum venis arterijsque & pinguedine illis affusa scateat, intestinorum quoque calori fouendo auxilietur. Insterculi enim à dorsi medio sub ventriculi posteriori sede incipiens, per iecoris cauum ad fundum ventriculi (à cuius tertio inuolucro inibi pronascitur) ad lienis cauum, & hinc ad dorsi medium suo veluti initio defertur. Hinc verò sacculi instar deorsum protensum, anteriori intestinorum sedi obuoluitur, innatatúe, colum intestinũ quà ventriculo exporrigitur, mensenterij vice dorso committẽs. Cæterùm portæ caudex postquam omento suffultus, dictas nuper depromptit propagines, in duos partitur trũcos ac dextrum qui grandior est, per mesenterium variè digestum, intestinis offert, prius duodeno intestino, & ieiuni initio ramum exhibens, glãduloso corpore huic intestinorum sedi exporrecto suffultum. Sinister truncus inferiori membrana omẽti intextus, ventriculi posteriori sedi quà dextram dorsi partem respicit, paruam offert propaginem, dein etiã omẽti inferiori membranæ, mox glandulis hîc vasorum tutæ distributioni præfectis, & colore carneis: dein secundùm posteriora ventriculi ramus ab illo ascẽdit, ventriculi dorsi medium spectanti sedi surculos primùm exporrigens, & coronæ ritu superius ventriculi orificium amplectens, à quo prater surculos deorsum sursumque; depromptos, vnus secundùm vẽtriculi posteriora ad inferius ventriculi orificium prorepit. Ipse autem sinister portæ caudicis truncus sinistrorsum semper tendens, insignem hîc quoque promit venam, omẽto & colo intestino implicitã: ille verò in varias sectus propagines, & sobolem adhuc humiliori omenti membranæ spargens, lienis cauo inseritur, ab ipsius propaginibus, anteaquam lienem subeant, ventriculi sinistro lateri ramulos offerens: inter quos insignis occurrit, qui fundum ventriculi in sinistra sede perreptans, ventriculo & superiori membranæ omenti soboles deriuat. Venæ portæ autem soboles per iecoris substantiam distributæ, quicquid ab intestinis & nonnihil à ventriculo quoque iecori detulerunt, in se continent, ac iecur eius cremoris optimum concoquens, in sanguinem id emutat, suæ etiam concoctionis duplex recrementum, vti in vini omnique concoctione alia fieri cernimus, obtinens, vnum quidem crassius, quod veluti sanguinis fæx & lutum censetur atraque bilis vulgò ferè dicitur: & per portæ venam in lienem ablegatur, qui ad sinistrum ventriculi latus ad inferiora posterioraque repositus, linguæ crassioris imaginem exprimit, accumbentium organorum formæ iecoris ritu congruens, & multis venis ac item arterijs intertextus, quibus propria lienis caro lutoso sanguini similis, & tenui tunica, quam omentum porrigit, intecta obnascitur. Lien itaque crassius iecoris recrementum ad se allicere, atque in ipsius nutrimentum conuertere, & si quid sibi adaptare nequit, in ventriculum id eructare credimus. Tenuius autem iecoris recrementum, quod veluti flos vini habetur, bilis flaua est, quam meatus inter portæ & cauæ propagines per iecoris substantiam digesti in se alliciunt, & sensim collecti in vnum meatum cessant: qui ex iecoris cauo eductus, in bilis vesiculam pertinet, cauæ iecoris sedi instar oblõgioris piri media ipsius amplitudine innatam, & corpore constantem distendi laxariq; apto. In hac vesicula bilem asseruari dissectionis professoribus persuasum est, donec ipsa meatus peculiaris beneficio illam in duodenum intestinum protrudat: simul cum siccis ventriculi recrementis egerendam, ac intestina sua mordaci

daci facultate ad propellendum irritaturam, atque à pituita illis insidenti liberaturam. Cæterùm sanguis dictis nuper excrementis repurgatus, ex angustissimis venæ portæ ramis in arctissimas cauæ venæ propagines contendit, tenui aqueoque recremento, quod ex intestinis in iecur assumptum fuit, vehiculi loco vtens. Id namque hactenus sanguinem concomitans, & simul cum sanguine in cauam venam conscendens, sui in his angiportis insignem vsum præstat. Quum verò huc vsque sanguini promptæ digestionis nomine astitit, & sanguis tantam ipsius copiam insuper non requirit, consonum fuit, vt id à sanguine alioquin onus ipsi futurum expurgaretur: cui muneri renes appositissimè famulantur, vtrinq; singuli ad venæ cauæ latera, & iecori proximè allocati, ac maximam serosi illius humoris portionem strenuè ad se allicientes, illamq; à sanguine excolentes. Quod quo oportunius moliantur, insignis vena & item arteria reni transuersim exporriguntur, ac ren in sinum membraneum & ampliter cauum, in multasq; dissectum propagines, serosum sanguinem excipit, & substantiæ renis illi sinui obnatæ, & duplici tunica obrectæ beneficio vrinam expurgat, illam in alium deducens sinum quem vrinarius meatus venę modo constructus excipit, hanc in vesicam delaturus. Vesica etenim rotundæ lagenę quodammodo ritu vrinam sensim admittentis, ad posteriorem pubis ossis sedem posita, peculiari constat tunica simplici & neruea, tripliciq; fibrarum genere intertexta, & contrahi ac distendi prompta, cui à peritonæo abdominisue membrana, quæ hactenus dictorum organorum est inuolucrum & firmamentū, alia obducitur. In posteriorem vesicæ sedem haud procul ab ipsius ceruice, à singulis renibus singuli meatus admodum industriè inseruntur, ipsaq; tantisper vrinam colligit, donec illa, aut copia, aut qualitate hominem molestans, recluso orbiculatim vesicæ ceruicem ambiente musculo, vniuersim excernatur. Sanguis hac industria repurgatus per cauæ venæ ramos, ceu riuulos quosdam vniuerso corpori digeritur, vt singulæ partes sibi familiare ex sanguine emulgeant, idque emutantes, & sibi apponentes, in proprium nutrimentum conuertant: ac demum huius concoctionis quoque recrementa à se propriis functionibus abigant. Porrò cauæ series eiusmodi plurimùm obseruatur. vbi ea in posteriori iecoris sede consistit, ex anteriori ipsius regione ramos promit, in iecoris gibbum numerosa serie digestos: sursum autem ascendens, ac septum transuersum cum cordis inuolucro perforans, duas propagines septo largitur. Ad dextram cordis aurem caua ampliori orificio in dextrum cordis ventriculum dehiscit, quàm cauæ orbicularis amplitudo vspiam visitur. A posteriori eius implantationis (nisi mauis dicere exortus) sede, vena prodit, cordis basim coronę modo cingens, & deorsum per cordis superficiem ramulos digerens. Caua à corde sursum conscendens, ac cordis inuolucrum inibi prætergressa, venam paris expertem, & octo frequentius inferiora costarum interualla vtrinq; enutrientem, à dextro latere promunt. In iugulo autem tota bipartitò scinditur, ab ipsius anteriori sede pectoris ossi & intersepientibus thoracem membranis venas offerens, abdominis superiora perreptates. A radice verò alterius trunci factæ modo in iugulo bipartitionis insignis promitur vena, super primam costā in axillam procurrens, sed priùs in thoracis cauitate ramum promes, in tria superiora sui lateris costarum interualla absumendum, & alium per transuersos ceruicis vertebrarum processus in caluariam vsque porrigendū, & alium in posteriora thoracis iuxta ceruicis radicem sparsum. Præsens vena thoracem egressa, interdū hic humerariā promit venam, & ramum musculis anteriori thoracis sedi instratis: alium posteriori sedi thoracis, & cauo scapulæ: & lateri thoracis aliū digerit, in axillā festinās. Trunci autem in iugulo factæ bipartitionis reliquū in duos impares ramos dissinditur, & horū interior gracilioráq; internā iugularem constituens venam, duabus propaginibus duram cerebri membranam adeūtibus, caluariā subit. Exterior verò ab externo latere propaginem, ex qua humeralis vena constituitur, deducens, sursum conscendit, superficiariam efformans iugularem variè ad fauces vsque excurrentem, & in linguam, laryngem, palatum, faciem, tempora & verticē distributam, tribusq; venis caluariam ingredientem. Humeralis verò priusquā sub clauicula & summo humero in brachium fertur, ramum posteriori ceruicis sedi, & alium scapulæ gibbo, & alium summi humeri superiori sedi exporrigit, & secundùm exterius latus musculi cubitum flectentium anterioris sub cute prorepens, surculosque graciles cuti depromens, supra cubiti articulum dissecta, aliquando vnum ramum penitiùs latentem, & mox absumptum, ad cubiti articulum defert. alium sub cute obliquè ad cubiti flexus medium cum axillaris venæ ramo coiturum communemq; venam constituturum. tertium sub cute secundùm radium in posteriora cubiti, ac tandē ad brachialis radicē iuxta vlnæ extremū mittit qui axillaris propagini inibi commixtus, parui & anularis digitorum exteriora scandit. Axillaris in axilla latitās, & cuti anteriorem brachij sedem versus interiora inuestienti ramum offerens, surculum prębet capitibus musculorum cubitum extendentiū & alium illorum mediæ propemodum lōgitudini, dein aliam propaginem cum quarto brachium petente neruo secundum brachij posteriora ad cubiti vsque exteriora ablegat. Mox in duas secta venas, vnam prorsus toto ductu in profundo submersam, ac arteria semper cōcomitatam, per cubiti articuli flexus medium deducit, quæ ante cubiti longitudinis medium in duas secta propagines, vnam secundum radium, alteram secundùm vlnam versus brachiale porrigit. & hic rursus in surculos direpta, in internam digitorum sedem ita digeritur, vt singulis digitis duæ offerantur soboles, & surculus quidam inter pollicis primum internodium & postbrachialis os indicem sustinēs, ad manus externam sedem pertingat. Altera autem vena sub cute semper exporrecta, iuxta cubiti articulum in duos partitur ramos: quorum alter obliquè versus cubiti articuli flexum cōtendens, cum humeralis ramo cōmiscetur, simul cum illo communem efformans venam, quæ duabus illis medijs venis cōstituta, ac obliquè deorsum repens,

repens, radiumque tandem cõscendens, in externa cubiti sede instar Y in duas dissecinditur soboles, quarum altera medij digiti potissimùm externam sedem petit, altera verò pollici & indici offertur, surculum in internam manus sedem spargens, ramulis montem Veneri sacrum implicantibus commiscendum. At alter axillaris iuxta cubiti articulum factæ diuisionis ramus, varias propagines in cubiti internam sedem depromit: quibus crebrò vena accedit, ab altero venam communem constituentium ramo, quem axillaris porrigebat, enata. Hæ propagines admodum variè modò coëuntes, modò rursus inuicẽ diremptæ, ac internã cubiti sedis cutẽ implicantes, tandẽ in internã manus cutem prorepunt. Cæterũ insignior eius rami propago vlnæ exporrecta, & incubiti exteriora etiam surculos promens, iuxta brachialis radicem humerariæ ramo commiscetur, ad paruum digitum & anularem contendenti. Cauæ venæ pars sub iecore deorsum repens à sinistro latere ramum offert pĩgui renis sinistri tunicæ & locis reni conterminis. Dein singulis renibus magna depromitur vena. Ab elatiori sede venæ dextrum renem petentis, quæ frequenter altius vena sinistro reni propria initiũ sumit, propago pinguẽ dextri renis tunicam accedit. Ab illius verò quæ ad sinistrum proficiscitur renem, humiliori sede sinistra seminalis vena exoritur, dextra interim à cauæ caudice demissiùs multo principium ducente. Porrò vbi caua vertebris lumborum innititur, geniculatim illis propagines dat, in musculos proximos & ad abdominis vsq; latera absumendas. Atq; harum illæ sunt præcipuæ, quæ à caua inibi pronascuntur, quà supra ossis sacri ad lumborum vertebras nexum in duos pares dissecinditur trũcos, quorũ sinister perinde ac dexter surculos quosdam ossis sacri foraminibus offert, & in duos partitur ramos, quorum interior propaginẽ mittit in musculos exhauriendam, qui ossis ilium & sacri posteriorem sedem occupant, & aliam deriuat in vesicam, & penem, & mulieribus in vterũ multiplici sobole pertinentem. Quod reliquum eius rami est, ab externo ramo portiunculam assumens, per pubis ossis foramen in femur ducitur, cuti & musculis internam femoris sedem occupantibus surculos exhibens, & ante genu articulum cessans, suoque termino cum alterius crus petentis venæ ramo, vt mox dicam, coiens. Exterior namque ramus sinistri cauæ trunci per inguina femur aditurus peritonæo propaginẽ offert, in inferiorem abdominis sedem ad vmbilicum vsq; absumendam: in femur verò procidẽs pubis cuti & pudendi muliebris colliculis sobolem porrigit. Verùm insignem venam per femoris & genu & tibiæ interiora, sub cute ad pedis vsque digitorum summum diffundit, in progressu sparsim cuti ramusculos depromentem. Aliam quoque sub cute ad coxendicis articuli anteriora deriuat. ipse autem penitiùs inter musculos submersus, propaginẽ communicat musculis, & cuti in externa femoris sede locatis, & aliam offert musculis internã anterioremq; femoris sedem sibi vendicantibus. Atque cum hac propagine extremum venæ eius coit, quæ per pubis ossis foramen descenderat. Hinc grandis vena secũdum femoris posteriora detorquetur, propagines eius sedis musculis cõmunicans, à quibus ramuli in cutem pertinent, tum sursum, tum deorsum ad suram vsque excurrentes. Inter inferiora verò femoris capita grandis hæc vena in duos sciſſa truncos, minorem exterioremque versus fibulam deriuat, à quo præter soboles anteriorem genu sedem petentes ramus dissecinditur, sub cute externam tibiæ sedem versus posteriora obtegente, ad digitorum vsque superiora variè dissectus. Quod verò reliquum est, altius inter musculos externæ fibulæ sedi attensos occultatum, vltra tibiæ longitudinis medium properat. Interior autem truncus insigniter amplus, ramum dispensat secundùm internam tibiæ sedem versus posteriora sub cute ad pedis vsque digitos dispersum. Deinde alium depromit, per suram nonnihil reconditum, ad calcem vsque pertingentem. Quod verò huius trunci præcipuum est, musculos posteriorem tibiæ sedem occupantes subit, & ab anteriori ipsius regione ramum per ligamentum membraneum demittit, fibulam tibiæ alligans: atque is sub anterioribus tibiam integentibus musculis absconditus, ad pedis vsque superiora pertingit. Ipsa autem vena secundùm posteriora descendens, & hinc inde cuti & conterminis musculis ramulos offerens, tandem inter calcem & tibiam pedis inferiora subit, inibi in musculos & digitos in eum modum distributa, vt duæ soboles singulis offerantur.

## *DE CORDE, AC ORGANIS IPSIVS FVNctioni subministrantibus. Cap. IV.*

RGANORVM, quæ insito nobis calori recreando, & spiritibus restituendis enutriendisque fabricantur, cor irascibilis animæ sedes facilè præcipuum censetur turbinatum, ac instar nucis pineæ anteriùs ac posteriùs compressè effigiatum, & sua basi sub pectoris ossis medio collocatum, suoque mucrone in sinistrum latus impensè antrorsum vergens, substantiaque constans carnea, sed quàm musculorum est substantia duriori & triplici fibrarum genere intertexta, ac venis arteriisque proprijs donata. Dein cor duos sinus seu ventriculos possidet, quorum alter in dextro consistens latere, amplior ac rariori tenuiorique cordis substantia obductus cernitur, & cauæ venæ orificium ad hunc pertinet, cui tres membranæ introrsum ductæ præficiuntur. Quinetiam vas arteriæ constans corpore, sed venarum munere fungens, ac proinde, arterialis vena appellatum, ab illo ventriculo egreditur, in ipsius orificio tres quoque exigens membranulas extrorsum spectantes. Alter autem ventriculus in sinistro repositus latere, & crassa præcipuaque cordis substantia circundatus etiam duobus donatur orificijs, quorum humilius vasis cuiusdam est, arteriæ, quod ad aërem attinet, vsum præstantis, at venæ corpore efformati: & proïde venalis arteria appellati, & in ipsius orificio duas membranas introrsum conuiuentes exigentis. Elatius verò orificium

arteriæ magnæ dedicatur principio, cui etiam tres membranas Natura elargitur extrorsum respicientes. Atque hi sinus septo interstinguuntur impensè crassa, & comprimi distendiq́ue apto, & intus foueis plurimis (vt & cordis ventriculi) abundanti corpore extructo. Totum verò cor membraneo quodam inuolucro tegitur, ipsi nulla ex parte connatum, & corde multo ampliori aqueoq́ue humore intus rorato. Hoc exteriùs inferiori sua sede septo transuerso non mediocri amplitudine connascitur, in lateribus autem duabus continetur membranis cauitatem thoracis interscpientibus, & inuolucrum hoc, vt cor in sua sede seruaretur, suffulcientibus. Pulmo autem reliquam thoracis cauitatem, quam cor & dictæ nuper membranæ & stomachus deorsum descendens non occuparunt, implet, vndique sese accumbentium partiũ formæ iecoris modo adaptans, ac proinde bubulo, aut alioquin bisulco pedi admodum similis, & primùm dextra parte & sinistra conformatus: quæ rursus singulæ in duas fibras lobosúe diremptæ, multis vasorum implexibus extruuntur. Asperæ namq; arteriæ à faucibus (vbi etiam tonsillæ & alia duo grandularum genera consistunt) in thoracem deductæ: & vt voci famularetur partim cartilagineæ: vt verò concidere distendiq; apta efficeretur, ac respirationi subseruiret, partim membraneę, rami pulmonem passim implẽt: & arterialis vena à dextro cordis ventriculo familiarem sanguinẽ pulmoni præparãte, procedens, eumq; sanguinem pulmoni offerens, innumera serie in pulmonem distribuitur, similiter ac venalis arteria frequẽti serie pulmonem implicans. Atque his vasis fungosa, mollis, spumea & admodum sequax propriaq́ue pulmonis substantia circumfunditur, quam tenuis admodum & pulmonis dilatationem compressionemq; haud prohibens tunicula proximè ambit, tunicæ costas succingenti semper attigua. Cæterùm quia pulmo thoracis motum è nostro pendentem arbitratu, vacui beneficio sequens dilatatur, vacui etiam ratione extrinsecus nos ambiens aër per nares secundùm gurgulionem: & quum vehemẽtiùs aërem ducimus is per os etiam veluti in follẽ attrahitur, ipsius portiuncula per caluariæ foramina cerebrum petens, & reliqua portione per fauces in asperam arteriam sub intrans, & pulmonis cauitatem ex ipsius dilatatione factam ad amussim implens. Hunc aërem pulmonis substantia insita vi alterat, cordisq́ue vsibus aptans, optimam sui portionem à venalis arteriæ ramis vndique asperę propaginibus attensis assumi permittit vt eius arteriæ interuentu aër in sinistrum cordis sinum deferatur, spiritus vitalis idonea futurus materia, Cor enim hunc aërem attrahens, & in sinistrum ipsius ventriculũ magnam sanguinis copiam à dextro alliciens, ex halituoso eius sanguinis vapore, & illo aëre, propria virtute ipsius substantiæ insita spiritum conficit, quem sanguine impetu ruente, concomitatum fotumq; per magnam arteriã vniuerso corpori distribuit, & natiuum cuiusq; partis calorẽ ita temperat, quemadmodũ respiratio cor insiti caloris fomitem recreat, itaq; idem vsus fit respirationis & pulsus, quo arteria magna cordis rhythmo dilatatur & cõstringitur. Ad spiritum igitur conficiendũ cor aëre vtitur, ipsoq; illius feruidus calor temperatur. Verùm quicquid in hac spiritus confectione fuliginosum spirituiq; efficiẽdo ineptum est, per venalem arteriã in pulmonem reduci, atq; hĩc cũ aëre qui in pulmone reliquus erat, compresso thorace excerni, dissectionis professoribus est concessum. Adeò sanè vt cor indefessa ipsius dilatatione sanguinem in dextrum ipsius ventriculum à caua attrahat, vt is partim in sinistrum ventriculum ducatur, partim verò in aptum pulmonis nutrimentum ab ipso amicè præparetur, & contracto corde per arterialem venam pulmoni offeratur. Cor verò dilatatum in sinistrum ventriculum ex pulmone aërem assumit, constrictum verò spiritum vitalem vnà cum sanguine impetu ruente in magnã arteriã propellit. Quò minus autem rapida cordis attractio venæ cauæ & venali arteriæ noxam inferret. Natura cordis aures creauit, velut promptuaria cordi appositas. Quatuor autem cordis vasorum orificijs membranas arbitramur prę fectas, ne irritus cordis labor fiat. Membranæ enim cauæ & venalis arteriæ orificijs prę fectę, impediũt quo minus in cordis cõtractione sanguis in cauam, & spiritus vitalis in venalem arteriam refluant. illæ verò quæ in arterialis venæ & magnæ arteriæ orificijs habentur, obstant quo minus in cordis dilatatione sanguis pulmoni oblatus, & spiritus vitalis iam emissus, in cor denuò regurgitent. Porrò magna arteria simulatq́ue è corde pronascitur, duas educit propagines cordis basim cingentes, deorsum ramulos per cordis substantiam spargẽtes. ipse autem arteriæ caudex paulo supra cor in duos sectus truncos, grandiorem sinistrorsum ad spinam detorquet, à quo vtrinque rami ad octo humiliores costas exporriguntur. Quum verò is sub septo deorsum fertur, huic quoque propagines offert, mox ab vna radice omento, ventriculo, iecori, bilis vesiculę colo intestino, & demum lieni soboles offerẽs, venę portæ ramis concomitatas. Dein aliam radicẽ truncus hic in mesenterium dispensat, & vtrinq; renibus vnam deriuat nonnihil inferius, ab ipsius anteriori sede seminales producens arterias, & dein adhuc demissus mesenterio alium ramum exhibens, & in progressu vertebris lumborum ipsisq; accumbentibus musculis surculos depromens. Ad sacri ossis initium, & si arteria prius cauæ in sinistro latere subijciatur, eam quo tutior prorepat cõscendit, & eodem cum caua modo hîc bipartitò scinditur, parem cum illa ad extremũ vsque pedis distributionẽ in profundo faciens, quippe nullus huius arteriæ magnæ trunci ramus cutem subit. Verùm id priuatim huius trũci propagini per pubis ossis foramen procedenti accidit, quod illi arteria cõmittitur, quæ ab vmbilico secundùm vesicæ latus descendens, fœtui propria censetur. Arteriæ magnæ caudicis truncus superiora petens, statim à sinistro ipsius latere ramum promit, obliquè ad elatissimã thoracis sul lateris costã protẽsam, à quo primũ propago superioribus costis offertur, & dein alia transuersis processibus vertebrarũ ceruicis, quæ postmodum in durã cerebri membranam exhauritur. dein alia sinistro pectoris ossis lateri exhibetur, quæ in alto semper cõdita, ad vmbilicũ vsque pertingit. Vbi verò ramus ille thoracis cauitatem

rem ſuperauit, ſurculum poſteriorē ceruicis ſedem occupantibus muſculis tranſmittit, & ſimiliter vt axillaris vena ad digitorum vſq; extrema digeritur, ſi axillaris ramos cutem ſubeuntes exceperis, ac in alto latitantes ſolùm hìc intellexeris. Cæterùm inſignior portio dicti nuper magnę arteriæ trunci ad iugulū aſcendēs, in duos impares ramos partitur. ſiniſter, qui & gracilior eſt, ſiniſtri lateris ſoporalē conſtituit arteriam: dexter verò, ab ipſius dextro latere ad primam coſtam propaginem deriuat, eodē prorſus modo abſumendam, quo ramus ille qui obliquè primam ſiniſtri lateris coſtam adire dicebatur. Verùm dextri rami reliquum, huius lateris ſoporalem efformat arteriam, quæ ſimiliter atq; ſiniſtra ſecundùm aſperæ arteriæ latus fauces petens, ramum porrigit ad faciem penitiùs & in temporum cutem ad verticem vſq; abſorbendum. ipſa autē laryngi & linguæ & triplici hìc repoſito glandularū generi ſoboles offerens, caluariam adit, & in duas diuiſa propagines, minorem in primum dextrumúe duræ membranæ ſinum exhauriendam mittit grandior abſque venę coniugio per proprium foramen in caluariam mergitur, atq; hìc mox in duræ membranæ latus ſoboles ab ipſa deriuantur, & alia per peculiare foramen ad narium amplitudinē verſus naſi extremum contendit: ipſa autem propago caluarię baſi inſtrata & in nullum tamen plexum reticularem digeſta, antrorſum fertur, & ramum cum ſecundo pari neruorum cerebri ad oculum depromens, ſurſum aſcendit duram cerebri membranam perforans, & partim in tenuem membranam hìc abſumpta, partim verò in dextrum cerebri ventriculum repens, plexus eius in hoc ventriculo repoſiti, ac extimo fœtus inuolucro comparati portionem efformat, vitalemque ſpiritum cerebro offert, vt ex illo cerebri beneficio animalis ſpiritus, vti nunc dicam, præparetur.

## *DE CEREBRO ET ORGANIS CEREBRI officiorum nomine extructis.*

*Cap. V.*

CEREBRVM animalis ac principis facultatum ſedes in caluaria reponitur, formam cauitatis quam occupat concinnè referens, ac ſuperiori ſede ſecundùm capitis longitudinem, ac anterius poſteriusque in dextram partem & ſiniſtram diremptum, in ipſius autem baſis medio continuum. Vbi dorſalis medullæ ab oſſium medulla plurimùm differentis producit initium. cui rurſus cerebellum vnitur, decuplo ferè minus cerebro, ac poſteriori illius parti omninò ſubiectum, neque magis retrorſum quàm cerebrum ipſum vergens. Atque hæc vniuerſa cerebri dura amplectitur membrana caluariā proximè ſuccingens, & per ſuturas caluariç fibras porrigens, quæ in peculiare inuolucrum caluariæ degenerant. Hæc membrana tantum à tenui cerebri membrana diſtat, vt vaſorum ipſius motum non prępediat, proceſſum mittens inter dextram cerebri partem & ſiniſtram, & item alium inter ſedem cerebelli elatiorem & cerebrum quà cerebello innititur. Huic membranæ quatuor præcipui inſunt ſinus, venarum arteriarumque vſum ſimul ſubeuntes, & variam vaſorum ſeriem in tenuem cerebri membranam digerentes. Cerebri enim ſubſtantiæ, quæ continua, alba, & nullis venis intertexta eſt, tenuis quædam membrana vicinisſimè obducitur, quæ paſſim in cerebri reuolutiones inteſtinorum anfractibus ſimilimas ſe implicans, vaſa cerebri continet. Cerebrum verò tribus inſignibus & impenſe amplis donatur cauitatibus ſeu ventriculis, quorum vnus ſecundùm cerebri longitudinem in dextra cerebri parte conſiſtit, qui ex poſteriori ſede deorſùm per cerebri ſubſtantiam reflexus, ad medium vſque baſis cerebri perfertur. Secundus huic prorſus reſpondens, in ſiniſtra cerebri parte collocatur, & ambo quà internis lateribus ſe inuicem ſpectant, ſuperiori ſede tenui quadam cerebri ſubſtantia mutuò diſtinguuntur, quam ſeptum nuncupamus, & quæ ſuperius continuatur cerebri portioni, quæ quòd cæterarum cerebri partium in ſuperficie poſitarū ſubdurior & magis candicans ſit, calloſum corpus appellatur. Humilior autem ſepti ſedes vnitur continuaque eſt cerebri parti quæ inſtar fornicis teſtudinisúe extructa, vtrinque ex poſteriori duorum primorum cerebri ventriculorum ſede, ampla baſi pronaſcitur, & ſenſim antrorſum procedens, veluti in acutum trianguli verticem coarctatur, humiliora ſua ſede qua modò recenſendæ cauitati incumbit, inſtar fornicis cauata. Humiliores enim dictorum ventriculorum ſedes inuicem ſepto non interſtinguuntur, verùm in communem ſinum conueniunt, ſub corpore inſtar fornicis formato repoſitum, & vno inſigni meatu rectà deorſum per cerebri ſubſtantiam pertinentem in infundibulum ſeu peluim à tenui membrana inſtar infundibuli extructam: quà cerebri pituita per illum meatum deſcendens, glandi quadratæ & oſſi cuneum imitanti ſuperſtratę inſtillatur, illinc ad palatum & narium amplitudinem per inſignia, non autem ſpongiæ modo pertuſa, foramina defluens. Iſta communis dextri & ſiniſtri ventriculorum cauitas tertius cerebri eſt ventriculus, poſteriori ſua ſede in meatum deſinens, qui per cerebri corpora teſtibus & natibus non abſimilia, in quartum ventriculum contendit, qui communis eſt cerebello & dorſalis medullæ initio, anteriori ac poſteriori ſede cerebelli proceſſu ornatus, quem ex anfractuum imagine vermi in lignis nato comparamus. Verùm in hoc ventriculo, quemadmodum in tribus ventriculis prioribus, nullum peculiare corpus ſecantibus occurrit. In dextrum nanque ventriculum (ſimiliter ac in ſiniſtrum) per ipſius inferiorem poſteriorem-que ſedem ſoporalis arteriæ inſignior ramus conſcendit, plexum efformaturus, quem extimo fœtus inuolucro comparamus. Is enim ab illo arteriæ ramo & eius vaſis portione conſtituitur, quod glandulæ nucis pineæ inſtar effigiatæ, & cerebri teſtibus incumbenti ſuffultum, ab extremo quarti duræ membranæ ſinus ſecundùm cerebelli longitudinem exporrecti, per tertium cerebri ventriculum ducitur, & ab eo ſinu tanquam à torculari, venæ arteriæque materiam ſuſcipit. deinceps in duas portiones diſſectum, vna in dextrum ventriculum, altera in ſiniſtrum pertinet, ac cum arteriarum ramis eò peruenien-

nientibus, dictum nuper plexum in vtroque ventriculo constituit. Ex hoc vitali spiritu in illo plexu cerebri munijs adaptato, ac ex aëre quem inspirantes in cerebri ventriculos allicimus, cerebri substantiæ insita vis spiritum animalem conficit, quo cerebrum ad principis animæ functiones partim vtitur: partim verò per neruos ab ipso pronatos, ad organa spiritu animali indigentia (quæ potissimùm sensus ac motus voluntarij sunt instrumenta) transmittit, non mediocrem ipsius portionem à tertio ventriculo sub testibus cerebri in ventriculum cerebello & dorsali medullæ communem diffundens, quæ postmodum neruis omnibus à dorsali medulla ortum ducentibus digeritur. A cerebri enim basis medio vtrinque vnus nascitur processus longus & teres, & secundùm cerebri basim antrorsum ductus, & altero sinui octaui capitis ossis incumbens, & olfactus organo proprius: verùm quoniam ex caluariæ amplitudine non procidit, nerui nomine à Dissectionum professoribus non donatus. Primum enim septem quæ cerebro asscribuntur parium paulo posteriùs quàm dicti modo processus neruorum substantię respondentes, initium à cerebri basi ducit, visorios constituens neruos, qui in oculi tunicam retis imagini similem degenerant. Oculus namque in centro habet crystallinum humorem, cuius anteriori sedi tunica tenuissimæ ceparum pelliculæ correspondens obnascitur. Posterior autem eius humoris regio à vitreo humore continetur, cuius posteriorem ambit sedem inuolucrum cerebri substantię respondens, in quod visorij nerui substantia dissoluitur. Tenuis autem cerebri membrana neruum visorium inuestiens, in tunicam dilatescit vnæ folliculo perquàm similem: quippe ipsa vniuersum oculum amplectens, anteriori sedi foramine eò peruia cernitur, quod pupillam dicimus. Dura autem cerebri membrana neruo etiam visorio circundata, in duram oculi tunicam finitur, toti oculo obductam, & in anteriori sede oculi cornu modo pellucidam, quę iride seu maiori oculi circulo circumscribitur, ad quem alba adhærensúe oculi tunica anteriori oculi sedi obnata desinit. Porrò inter corneam hanc & anteriorem, crystallini humoris sedem aqueus habetur humor, qui à vitreo tunica quadam tenui & ciliorum imaginem exprimenti, & orbiculatim crystallino humori adnata, atque ab vuea principium obtinente distinguitur. Secundum neruorum par mouendis oculorum musculis seruit. Tertium duabus radicibus inuicem distantibus vtrinque enascens, minorem digerit quadam portiuncula ad frontis cutem, & quadam ad superiorem maxillam superiusque labrum, & quadam in narium amplitudinem, & quadam ad musculos maxillam inferiorem attollentes. Maiorem verò radicem tertium hoc par linguæ exporrigit, hæcque illius beneficio gustus instrumentum efficitur. Verum ab hac etiam radice ramus capreoli modo intortus dictis nuper offertur musculis, & alius superioribus dentibus, aliusque inferiori maxillæ ac dentibus illi infixis, & inferiori tandem labro. Quartum par in palati cessat tunicam. Quintum duplici quoque radice, vt & tertium par, prodiens, minorem musculis maxillam inferiorem attollentibus dispensat, crassiorem verò auditus organo offert, quamuis & ab hac binas dispergit soboles per diuersa foramina in commemoratos modò musculos etiam pertinentes. Sextum par præter ramusculos ab ipso quibusdam in ceruice musculis & laryngi in descensu oblatos, septimi paris portione adaugetur, atque iuxta pectoris ossis summũ soboles quasdam illinc prodeuntibus musculis præbens, ramum costarum radicibus deducit, in organa sanguificationi subministrantia pulchrè digerendum. Ita hactenus vterque sexti paris neruus pariter distribuitur. Dexter verò priuatim sui portionem ad arteriam dextro brachio exporrectã retorquet, à quo neruus consurgit secundùm asperę arteriæ dextrum latus ad laryngem proficiscens, ob idque neruus recurrens nuncupatus. Quod autem reliquum ab hoc dextro neruo descẽdit, pulmonis dextræ parti & cordis inuolucro ramusculos offert, ac stomacho tãdem commissum, septumq; permeans, ventriculi superioris orificij sinistram sedem multis propaginibus donat. Sinister autem neruus ad arteriæ magnæ truncum dorso explicatum, portiones suas reuersiuum sinistri lateris neruum constituentes retorquet. Ab huius lateris neruo peculiariter cordi gracilis propago digeritur: quod autem eius adhuc restat, dextram superioris orificij ventriculi sedem intertexit, secundum ventriculi superiora ramulum ad iecur vsque mittens. Septimum par præterquàm quod sextum impense auget, præcipuè in laryngis & linguæ musculos absumitur. Nerui à dorsali medulla in vertebris concluſa principium ducentes, triginta complectuntur paribus: quorum septem ceruicis dedicantur vertebris, duodecim thoracis, quinque lumborum, sex sacro ossi, nullo interim neruo à coccyge osse prosiliente. Quæ à ceruicis labuntur vertebris, in musculos ipsis adnatos proximosque digeruntur: & à quarto, quinto & sexto parium surculis vtrinque vnus efficitur neruus, septo transuerso proprius: dein à quinto, sexto, septimo, & dein ab octauo ac nono, seu primo secundoque thoracis paribus, varius neruorum consurgit textus, à quo in brachium sex nerui pullulant, præter varias soboles scapulæ cauo & gibbo dispersas. Ac primus brachium petẽs neruus ab ipsius propaginibus, quas brachium attollenti offert musculo, sobolem impense gracilem in cutem brachij externæ sedi obductam digerit. Secundus per axillam brachium ingrediens, ramulosque priori cubitum flectentium musculo præbens, insignem ipsius portionem tertio brachium accedenti neruo impartitur. ipse verò in cubitum festinans, & ramulum primo radium in supinum ducenti musculo exhibens, cutem subit: ac in varias dissectus propagines, superioris interiorisque cubiti sedis cutem ad extremam vsque manum amplicat. Tertius per axillam quoque descendens, & anterioris brachij sedis cuti ramulos depromens, ac secundi nerui portione adauctus, propaginemque communicans, posteriori cubitum flectẽtium musculo per anteriorem sedem interioris tuberculi ossis brachij in cubitum properat, musculis hinc principium ducentibus surculos vnà cum quinto neruo spargens, & secundum radium exporrectus, atque in manus volam ductus, duas soboles pollicis internæ sedi, & totidem indici quoque, & vnam tantum ex-

terno lateri interioris ſedis medij elargitur, non infrequenter etiam medio binos ramulos & vnum anulari offerens. Quartus brachij neruus cæteris multo craſſior per axillam ingrediens, & ramos muſculis cubitum extendentibus diſſeminans, ſecundùm brachij poſteriora ad externum oſſis brachij tuberculum contendit, in cutem prius duas diffundens ſoboles. Neruus ad hanc externam articuli cubiti ſedem poſitus, ramum in cutem externæ cubiti ſedis ad brachiale vſque ſpargens, & mox in duos veluti truncos diuiſus, muſculisque ab externo brachij oſſis tubere pronatis ſoboles dans, vnum truncum vlnæ exporrigit, à quo ramuli in muſculos ab externa ipſius ſede pronatos digeruntur: ipſe autem truncus iuxta brachialis radicem ceſſat. Superior verò truncus radio exporrigitur, & præter ſurculos graciles, quos accumbentibus præbet muſculis, brachiale petit, & duos ramulos externæ pollicis ſedi, ac duos item indicis, & vnum medij digiti interno lateri impartitur. Quintus neruus arterię brachij proximus in axilla latitat, & nullas ſoboles in brachio à ſede deducens, in cubitum per poſteriorem interioris tuberculi oſſis brachij ſedem pertingit, ac muſculis hinc pronaſcentibus vnà cum tertio neruo ramos communicans, ſecundùm vlnam ad brachiale excurrit, in medio ductu ramum diffundens, qui duobus ſurculis in externam parui digiti ſedem, & duobus item in anularis, & vno in medij exterioris ſedis externum latus abſumitur. Quicquid verò quinti nerui internam brachialis ſedem adit, interiori parui digiti ſedi, & anularis & medij ramulos offert. Sextus neruus inſigniter gracilis, ſecundùm internam brachij ſedem ſub cute deducitur, & in progreſſu ramulos quoſdam in cutem diffundens ad cubitum pertingit, in cuius cutem ſecundùm vlnam ad brachiale vſque frequentibus ſurculis diſſeminatur. A neruis è thoracis vertebris proſilientibus, præter ramos qui retrorſum ad ſpinas vertebrarum, & de hinc in muſculos ab illis principium ducentes porriguntur, ſingula coſtarum interualla ſingulos ramos ſibi vendicant, ad pectoris & ab dominis vſque medium orbiculatim pertinentes, & muſculis thoraci inſtratis, abdominisque muſculis, & demum cuti ſurculos diſpergentes. Ad hæc ab intercoſtalibus neruis portiunculæ digeruntur, quæ ſexti paris neruorum cerebri propagines coſtarum radicibus exporrectas adaugent. Cæterùm diſtributio neruorum è lumborum vertebris progredientium thoracis neruis magna ex parte reſpondet: illi nanque retrorſum ramos diſſeminant, & ſecundùm ilia ad abdominis medium circulatim aſcendunt, ramulos conterminis muſculis & cuti elargientes. Verùm à primo horum pari ad teſtes cum ſeminalibus arterijs propagines quàm minimę pertingunt, à quatuor autem humillimis paribus nerui in femur procidentes principium ſumunt, quanquam omnium maximus à quatuor primi ſacri oſſis neruorum paribus pronaſcatur. Primum ſacri oſſis neruorum par, ſimiliter ac thoracis & lumborum paria, è vertebris labitur. Quinque autem humiliora ſacri oſſis paria non à lateribus proſiliunt, verùm vna radice antrorſum, altera retrorſum egrediuntur, & poſterioribus radicibus in muſculos ſacro oſſi & ilium oſſibus adnatos & cuti ſparguntur. Anterior verò primi paris ramus vna cum anterioribus trium ſuccedentium parium radicibus ductum nuper neruum conſtituit. Humiliorum autem parium radices in veſicam, anum & penem, aut mulieribus in vteri cerui-cem & pudendi colliculos deperduntur. Porrò quatuor neruorum in femur progredientium primus ſecundùm ſextum femur mouentem muſculum deducitur, ac in externam femoris cutem ramum diſſeminans, in muſculos abſumitur exterius femoris latus occupantes. Secundus ſimul cum grandiori femoris vena & arteria femur ſubit, mox ramum depromens per internam femoris & genu & tibiæ ſedem ad ſummum vſque pedis digitorumque extrema ſub cute ſimul cum vena, quam hàc prorepere dictum eſt, deſcendens: hucque ac illuc ramulos digerens. Quod verò ſecundi nerui eſt reliquum, in muſculos ceſſat anteriorem femoris ſedem contegentes. Tertius neruus pubis oſſis foramen perreptans, & muſculis id occupantibus ramulos offerens, ſobolem deriuat in internam femoris cutem aliquouſque ſparſam: reliquum autem eius nerui in muſculos diſcinditur, in interna femoris ſede inibi locatos. Quartus omnium corporis neruorum, qui ex pluribus neruis conſtruuntur, facilè craſſiſſimus, vbi coxendicis os à ſacro dehiſcit, in poſteriora femoris ducitur, ramum in cutem femoris poſteriorem ſpargens, qui paulo ſub media femoris longitudine ceſſat. Humiliori etenim ſedi alius offertur ramus, à quarto propagatus neruo, qui etiam muſculis à coxendicis oſſis infima poſteriorique ſede pronatis, ſoboles exhibet, vti & muſculis ab inferioribus femoris capitibus pronatis. Dein in poplitis regione in duos diſſectus truncos, graciliorem exterioremque ad fibulam defert, à quo ramus ad externam tibiæ cutem ad paruum vſque digitum repit, & alius in anteriorem tibiæ cutem diſpergitur: eius verò trunci reliquum fibulæ exporrigitur, vbi ſeptimi & octaui pedem mouentium muſculorum pendet origo. Cæterùm grandior interiorque truncus ramum in internam tibiæ cutem, & in ſuræ pariter cutem ad calcem vſque porrigit: ipſe verò in muſculis ſuram conſtituentibus occultatus, ramum per ligamentum membraneum mittit, quo fibula tibiæ alligatur. hic ramus muſculis anteriorem tibiæ ſedem obtinentibus reconditus, tandem in pedis ſuperiora contendit, inibi digitis oblatus. Præcipua eius grandioris trunci portio ſecundùm tibiæ poſteriora deorſum properans, & nonnullas ſoboles huc illuc muſculis exhibens, inter calcem interioremque malleolum pedis humiliora adit, & exiguas admodum ſoboles muſculis inibi repoſitis offerens, inferiori ſingulorum digitorum ſedi duas propagines communicat. Atque ad hunc ſanè modum immenſus rerum Opifex non ad viuendum modò, ſed etiam ad commodè viuendum corpus noſtrum corruptioni obnoxium condidit. quæ autem ad ſpeciei ſucceſſionem fabrefecerit, quique hæc nutritionis organis procul à ſenſibus & rationis ſede ſubiunxerit, nunc obiter & quantum hæc humanæ fabricæ partium enumeratio admittit, ſubijciam.

INITIO ad ſpeciei cõſeruationẽ humanę fabricę autor duos homines ita extruxit, vt vir quidem infantis primariũ porrigeret, prĩcipiũ, mulier verò id apte cõciperet, infantulumq; ex hoc pronatũ prĩcipio tãtiſper nõ ſecus, quã aliquod ſui corporis mẽbrũ enutriret, quousq; is validior redditus, in aërẽ nos ambiẽtẽ produci poſſet. Atq; his muniis idonea peculiariaq; inſtrumẽta vir ac mulier obtinuit, quibus tãta ad generationẽ delectationis vis & illecebra inditur, vt animalia hac incitata, ſiue iuuenilia, ſiue ſtulta & rationis expertia ſint, haud aliter ſpeciei propagãdæ incumbãt, quã ſi eſſent ſapiẽtiſſima. Vir quidẽ duos adipiſcitur teſtes, cute quę hic ſcortũ dicitur, carneaq; mẽbrana obductos, & alba ac cõtinua peculiariq; prorſus ſubſtãtia extructos: quã validam cõtinet mẽbrana, orbiculatĩ ſubſtãtiæ huic proximè adnata, ac eorũ quæ teſti applantãtur inſertionẽ cõnexumq; excipiẽs, ſingulisq; teſtibus peculiare inuolucrum cõſtituens, cui alterũ quoq; proprium accedit à peritonæo inibi pronatũ, vbi id vaſis ſeminalibus viã offert. Illinc namq; mẽbrana pronaſcitur, ea vaſa cũ teſte continens, & teſti nuſquã, neq; etiã ſeminalibus vaſis (niſi quà ex magna peritonęi amplitudine excidũt) pertinaciter cõnexa. Ad humiliorẽ enĩ teſtis ſedẽ hæc tunica ipſius carnea parte tãtum adnaſcitur, quã teſtis muſculum ſenſemus. Vaſa autẽ ſeminalia ſunt, vna vtrĩque vena, vnaque arteria. Vena dextrũ teſtem petẽs à cauæ caudicis anteriori ſede ſub venarũ in renes pertinẽtiũ exortu pronaſcitur: quæ verò ſiniſtro teſti offertur, ab humiliori ſede venæ ſiniſtrũ renem adeuntis ob hoc prĩcipium ſumere creditur, vt non purũ ſanguinẽ dextræ venæ modo teſti perferat, ſed ſeroſum, qui ipſius ſalſa & acri qualitate in ſeminis eiectione pruritum conciliet. Ambæ arteriæ à grandi arteria paulo inferiùs quàm dextra ſeminalis vena initium ducunt, & dextra cauæ caudicem cõſcendens ad dextram fertur venam, ſimul cũ hac teſtem accedens: & cum vena anteaquã teſtem attingat, variè perplexa, corpusq; efformans multas varices exprimẽs, ſuaq; baſi elatiori teſtis ſedi inſertũ, & ramulos intimo teſtis inuolucro offerens, multifariamq; per teſtis ſubſtantiã digeſtũ, quæ ſanguinẽ hunc benignum, & ſpiritum ingenita ipſi facultate in ſemen haud ſecus emutat, quàm iecoris ſubſtãtia cremors ab inteſtinis ei delatum, in ſanguinẽ alterat. Confectum ſemen à valido vaſe inſtar vermis teſtis poſteriori ſede adnato, varieq; capreoli ritu implexo excipitur. hoc vas ſurſum ad magnã peritonęi cauitatẽ ea via conſcendens, qua ſeminalis vena & arteria deſcendẽre, nerui cuiuſdam modo teres efficitur: & deorſum ad pubis os reflexum poſteriorem veſicæ ſedem accedit, ad quam vas à ſiniſtro teſte ſemen deferens etiam properat, quod dextro vaſi vnitũ, ſimul cum illo in veſicæ ceruicis radicem inter glanduloſum corpus ceruici hic obnatũ inſeritur, communisq; ſemini ac vrinæ meatus cõſurgit, qui deorſum modicè ductus denuò ſurſum ad pubis oſſium cõmiſſuram foris reflectitur, corporibus penem efformãtibus ſubnatus. Prodit enim vtrinq; à pubis oſſe vnum neruum teresq; corpus, quod intus impenſe fungoſum ac craſſo ſanguine plenũ cernitur. vtrumque ſimul cõnatum vnitumq; penẽ conſtituit, eius ſubſtantiæ beneficio, quũ is ſemen in vterum miſſurus eſt, erigi augeriq́ue aptum: & aliàs quũ nullus ſuæ proceritatis vſus eſt, flaccidũ & gracilẽ, qui etiam ad cõmodum Veneris vſum ſuo apice glandis modo tumet, ac cute quatẽgi & retegi queat decoratur. Mulier vterum ſibi vendicat, ſemini excipiendo fœtuiq́ue cõtinendo dedicatũ: qui inter veſicã & rectum inteſtinũ repoſitus, veſicæq́ue inſtar fundo ac ceruice vtrĩſq; tendi ac in ſe cõcidere aptis formatus, membranis laxis & carneis aliquot fibris (quorũ auxilio vterus voluntariè nonnihil agitur) intertextis, ita ſuis lateribus ad peritonæũ alligatur, vt meſenteriũ inteſtina continet. Fundi forma nõ prorſus rotũda exiſtit, verùm anteriùs poſteriusq́ue depreſſa: ſuperius obtuſa, & duos (vtrinque videlicet vnũ) retuſos oſtendens angulos, qui vitulorũ fronti cornua producturę aſſimilantur. Fundo ſimplex adeſt ſinus, fundi formæ ad amuſſim reſpondens, & in orificium deſinens, glandis penis modo in vteri ceruicis amplitudinẽ prominẽs, & naturali tantũ vi, non autẽ mulieris arbitratu ſeſe conſtringens & reſerans. Fundus ſimplici propriaq; conſtat tunica, nõ prægnantibus inſigniter craſſa, vt vtero gerẽtibus in miram amplitudinem extẽdi valeat. Huic alia obducitur, à peritonæo initium ſumens. Ceruix vteri teres eſt, & in vtero nõ gerentibus aliàs non diſtenſa, haud multò minus ipſo fundo ampla, & veſicæ ceruicis inſertionẽ excipiens, coriaceisq́ue carnibus & colliculis aliſúe ad ſuũ orificiũ ornata. Quĩetiam vtero vtrinq; vnus accũbit teſtis, ad quem vaſa eodẽ prorſus modo atq; in viris pertingunt. Verùm hic id priuatĩ accidit, quod media tãtum ſeminalis venę arteriq́ue pars teſti offeratur, altera vteri fundum implicante. Vas ſemen tenue & impenſe aquoſum paucumq; à mulierbri teſte deferẽs, in obtuſum ſui lateris vteri inferitur angulũ. Venæ & item arterię frequẽtiſſima ſerie, præter antea dictas, vterũ implicãtes, ab illis prodeunt vaſorum diſtributionibus, quæ poſt ſacri oſſis ad infimã lũborũ vetebrã nexũ perficitur. Atq; hęc vaſa enutriẽdo fœtui, & ipſius inſito calori recreãdo ſubſeruiũt. Fœtus autẽ in vtero cõplexus tribus inuolucris integitur, vno quidem vulgò ſecũdæ vocato, quod inſtar latioris tantũ cinguli ipſum ambit, inſigniterq; craſſum & lienis modo nigricãs eſt: quod vtero cõnatũ, vaſa in vterũ pertinentia excipit: quo illa in ipſo poſtmodũ collecta, duabus venis & totidẽ arterijs in vmbilicum inferãtur, & vna tandẽ vena iecori, duæ autem arteriæ grãdis arteriæ propaginibus per pubis oſſium foramina deſcẽſuris offerãtur. Secundũ inuolucrum mẽbrana eſt, fœtũ vniuerſum amplectẽs farciminisq; imagini aſſimilatũ, inter ipſum & tertiũ inuolucrũ fœtus vrinã colligẽs, quæ peculiari meatu ex veſicæ elatiori ſede in hãc amplitudinẽ perfertur, quo minus vrina fœtus cuti circũfuſa, ipſius acrimonia obſit. Tertiũ inuolucrũ tenuiſſima eſt mẽbrana, hĩc etiã agnina diſſectionis proceribus appellata, fœtuiq; proximè obducta, ac demũ fœtus ſudoręinter ſe & fœtus cutẽ ſubflauo quaſi luto oblitã aſſeruans. Fœtus verò in lucẽ editus, lac familiare ipſius alimentum è mamillis à nemine edoctus ſugit: quæ in pectore ſedem vendicantes, & papilla ornatæ, glanduloſo corpore inſita vi ſanguinem per venas ipſi adductũ in lac cõuertente extruuntur. FINIS EPITOMES.



EXTER-

## EXTERNARVM HVMANI CORPORIS SEDIVM partiumúe citra diſſectionem occurrentium appellationes.

HIC non prolixior nominum externas hominis ſedes locaúe indicantium enumeratio inſtituitur: contenti ſolum vulgatas, doctisque hactenus magis receptas, ac familiares voces adſcribere, omiſſis interim, Græcis alijsque peregrinis vocabulis tanquam inſtituto huic nō admodum neceſſarijs: quæ tamen in ſequētibus inditibus (dum harum partium peculiaris magis mentio inciderit) paſſim interſeruntur. Solet itaque vniuerſa corporis ſuperficies ab illius nominum inſtitutoribus primùm in magnas ſedes diuidi, ac dein illarum partes rurſus varijs nomenclaturis donari. Atque ita Aegyptij medici corpus in Caput, Thoracem, Manus, & Crura diuidebant: Thoracem, perinde ac Ariſtoteles, nominantes, vniuerſum corporis truncum, à iugulo aut collo clauiculisúe ad inguina & pubem, aut magis ad femorum vſque ſuperiora pertinentem: non autem tantum, vt Gallenus, nonnullique Anatomicorum primarij, corporis ſedem coſtis ſeptam. Alij facultatum corpus vniuerſum diſpenſantium, animarumque ſedibus mentem adhibentes, quadrifariam quidem ſimiliter ac Aegyptij corporis ſuperficiem diſcernunt, verùm ſecus quàm illi corporis truncum in duas ſedes primum diſtinguentes, manus & crura vnius partis loco prima hac diuiſione enumerant, illa quæ Artus propriè vocatos conſtituunt, extremorum nomine cōplectentes. Ac in corporis trunco duas præcipuas locant ſedes, ſecundùm duas cauitates ſecantibus inibi obuias: quarum inferior ab elatiori, interuentu ſepti tranſuerſi ſeiuncta, iecur naturalis altricisúe animæ ſedem ſanguificationisque officinam, ac inſuper huic ſubminiſtrantia organa complectitur, partibus quoque generationi famulantibus parata. Superior cauitas cordi iraſcibilis animæ fomiti vitalisque ſpiritus fonti, illique ſubſeruientibus organis aſcribitur. Cæterum tertia corporis cauitas capiti tribuitur, cerebroque potiſſimùm principis animæ ſedi, animaliſque ſpiritus promptuario ſacratur. Corpore in hunc modum obiter diuiſo, ſingularum partium ſuperficies ita rurſus diſtinguuntur, vt capitis totius pars anterior ſupercilijs ſuperpoſita, ac crinibus nuda, lineasque quaſdam proponens, Frons nominetur. Hac ſuperior & verſus capitis medium vergens, Sinciput. Vtrinque ad ſincipitis latus, ſupraque Aurem cui Auditorius meatus ineſt, conſiſtens, Tempus. Media capitis ſedes ſinciput verſus poſteriora ſuperans, Vertex, qui veluti centrum eſt circuli crinium originem circunſcribentis. Poſt verticem vſque ad muſculorum qui vtrinque in ceruicis ſummo prominentes, in medio foueam oſtendunt, ac pleriſque Tendines dicuntur, elatiſſimam ſedem Occiput ſpectatur. Prior autem capitis pars à fronte ad mentum vſque protenſa, Facies. Inferior enim frontis pars, Supercilijs veluti eminentibus, pilisque conſitis terminis, eorundemque medio circumſcribitur. His ſubſunt Oculi, inferiùs & ſuperiùs Palpebris intecti: quarum ſedes vbi inuicem conniuent, & erectis ordinataque, vt in nauibus remos ſpectamus, ſerie poſitis pilis, quos Cilia nuncupamus, ornatur, quodammodoque cartilagineæ ſunt, Tarſi habentur. Commiſſionis huius termini, Anguli ſunt: quorum maior naſum, minor tempus ſpectat. In diſiunctarum palpebrarum medio præter Carunculam in maiori angulo conſpicuam, Album candidumúe oculorum apparet: in cuius medio duo ſe offerunt circuli, quorum amplior Iris & Corona eſt, minor Pupilla. Naſus oculos interiacet, cuius foramina Nares vocantur: quarum externa latera naſi Pinnulis ſeu Alis, interna verò interſepto naſi conſtituuntur. Sedes ad naſi latera mali in modum prominulæ ac rudentes, Malæ, & quibuſdam Genæ vocantur. Sedes inter naſum & malas mediæ nonnullis Concaua dicuntur, quo nomine alij totam oculorum ſedem à palpebris ad malas metitam vocarunt. Faciei pars quam inflamus Bacca eſt. tota verò ipſius pars à ſupercilijs ad elatiorem vſque dentium ſeriem pertinens, Superior maxilla nominatur, reliqua autem quæ in viris Barba decoratur, Inferior. cuius anterius extremum, Mentum nonnunquam fouea ornatum educit, ſub Labri inferioris rubore conſiſtens. Elatioris labri ſedes naſo ſubdita, Sulculoque donata, Muſtax cenſetur. Quod labris circumſcribitur & continetur, Os, quo hiante Lingua, Palatum, Gargareon, Dentes, Gingiuæ, internaque Faucium ſedes occurrit. Quod caput ad clauiculas vſque aut thoracem excipit, Collum & Ceruix eſt, & ſi poſterius nomen magis poſteriori parti accommodetur, vti & anteriorem qua aſpera arteria, & potiſſimùm ipſius caput tangentibus occurrit, Guttur dictam legimus. Humerus veteribus vocabatur brachij oſſis cum ſcapula articulus, vnde & partem maximè ad colli radicem thoracisque latera eminentem, Summum humerum dixerunt. Quod ab illo prorſum verſus iugulum foueamúe in colli radice obuiū vergit, Clauicula eſt. Quod autem ab ipſo ad extremam digitorum aciem protenditur, Manus: cuius prima pars (ſub qua cauitas Axilla aut Ala appellata, & muſculis quos Tendines permulti illic vocant ſepta, conſiſtit) ad proximum vſque articulum cubitiúe flexum producta, Brachium, & Latinorum quibuſdam Humerus dicitur, Poſterior flexus illius ſedes Gibberus eſt. Pars ab hoc ad conterminum articulum ducta, Cubitus, & latinorum quibuſdam Brachium & Vlna. Ad cubiti extremum Summa manus incipit, cuius pars à cubito ad quatuor digitorum radices porrecta, in duas ſedes partitur: ac cubito propinquior Brachiale eſt; alia Poſtbrachiale, quæ à conſtructionis ſpecie cum pectore etiam Pectus, à quibuſdam Palma nuncupatur. Huius interior ſedes caua ac varijs monticulis ſepta, multisque lineis interſtincta, Volam efficit. Reliqua ſummæ manus pars, Digiti ſunt, ſinguli ternis partibus tanquam in acie locatis efformati, & exteriùs Vnguibus ornati. Horum maior alijsque actione oppoſitus Pollex eſt, illi proximus Index, dein Medius ſeu Impudicus, cui proximus eſt Medicus & Annularis. Extimam verò ſedem occupat Paruus, Auricularisúe. Thoracem hîc nominamus corporis trunci partem Coſtis ſeptam, maximamque ſedem Laterum efformantem: cuius

anterior ſedes Pectus eſt, quam Mamillæ, atque in illarum medio Papillæ cum obfuſco ipſas ambiente circulo occupant. Reliqua anterior trunci ſedes Abdomen conſtituit, cuius regio pectoris oſſis cartilagini & coſtarum cartilaginibus illa humilioribus proxima, perinde Subcartilaginea nuncupatur, ac viſcera cartilaginibus illis complexa. Sic quibus ſeptum tranſuerſum præcordia appellatur, ſedes in quam id cartilaginibus inſeritur, Præcordiorum nomen obtinuit. quanquam rurſus alij ita etiam thoracis anteriorem ſedem nuncupent. Quod ſub infimis coſtis & ilium oſſis ſpina (quæ mulieribus multo magis quàm viris educitur) oſſibus deſtituitur, tangentibusque cedit, Inania ſunt & ilia. in quorum veluti medio Vmbilicus cernitur, ſub quo mox Sumen, cuius infima ſedes trunci termino proxima, Aqualiculus nuncupatur. Terminus autem vbi hic Pudenda & Naturalia conſiſtunt. Pubes eſt & Pecten, ad cuius latera in femorum flexu Inguina recenſemus. Maris pudendi pars citra ſectionem conſpicua, Penis & coles vocatur: cuius ſummitas magis quàm reliqua longitudo craſſeſcens, Glandem efformat, in cuius medio meatus vrinæ ſeminique communis conſpicitur. Huius inuolucrum Præputium eſt, licet alijs tota penis ſummitas ita nuncupetur. In inuolucro reliquaque ad anum cute protuberantem ſuturæ modo lineam vocamus. Suturam, & totam hàc exporrectam xetuberantemque ad anum vſque penis partem Taurum. Vti & ſedem inter teſtium inuolucrum (quod ex cute paratum Scortum dicitur) & anum conſpicuam, Interfeminium nuncupamus. Muliebris pudendi rima, quæ vteri ceruicis eſt orificium, Sinus vocatur quem Alæ & Colles vtrinque prominentes, & cuticularis in ipſius ſummo apparens caro ornant. Recti inteſtini orificium per ſedem prodiens, à figura Anulus, & ab officio Strictor appellatur. Poſterior trunci corporis pars, Dorſum aut Tergum ferè nuncupatur, cuius latera inelatiori poſteriorique thoracis ſedè Scapulis conſtituuntur. Inter ipſas verò medium & dorſi ſedes hinc ad infimas vſque coſtas, aut vbi id maximè in flexu protuberat, pertinens, thoraci aſſcribitur, ac poſt ſeptum tranſuerſum conſiſtit. Sedes verò hanc ad nates vſque ſequens, Lumbos conplectitur. Sunt autem Nates carneæ & globoſæ ſedes, ilium oſſium occupantes dorſum, in quarum medio ſacri oſſis & coccygis poſteriores proceſſes velut excarnes ad anum vſque occurrunt. Vbi articulus femoris percipitur, magnusque Rotator extuberat, Coxendis eſt, aut Coxa, quod nomen alij Femori aſſcribunt, ab inguinibus ad Genu pertinenti: cuius poſterior ſedes & flexus Poples nuncupatur. Genu ad proximum vſque articulum pedisue initium Tibia ſubſequitur, quæ nonnullis Crus nominatur, & ſi plures id nomen ſimul tibiæ femorique velint eſſe commune. Anterior tibiæ ſedes oſſea tangentibus occurrit, poſterior autem vbi ipſius Venter ſeu Sura cernitur, carnea. Tubera ad tibiæ imum vtrinque velut oſſea tangentibus obuia, Malleoli, neutiquam verò Talus illis exceptus reconditusque nominantur. Poſtica pedis pars extra tibiæ rectitudinem retrorſum prominens, Calx appellatur. Reliquæ verò pedis ſuperficiariæ ſedes prorſus oſſium nomenclaturam aſſumunt, poſtiſſimum autem Tarſi, Pedij ſeu Pectoris, quod digiti hic etiam vnguibus ornati ſequuntur. Quanquam vbi de integro pede ſermo inſtituitur, infima ſedes qua calcamus plerumque Planta, & Veſtigium, ipſiuſque internum latus Concauum, ſuperior verò Tarſus nuncupetur.



## *BREVIS NVMERATIO VNIVERSORUM corporis oſſium.*

CALVARIAE oſſa viginti ſunt, octo quidem capitis, & maxillæ ſuperioris duodecim: ita tamen, vt iugalia priuatim non enumerentur, quum quorundam illorum viginti oſſium partes ſeu ſedes tantum ſint, propriaque circumſcriptione deſtituantur. auditus organi oſſa quatuor ſunt, duo ſcilicet ad ſingulas aures. dentes ſunt triginta duo. maxillæ inferioris os vnicum. oſſis vreferentis oſſicula ſunt ferè vndecim. Vertebræ viginti quatuor. ſacri oſſis oſſa ſex. coccygis autem quatuor. coſtæ viginti quatuor. Pectoris oſſis tria numerauimus oſſa, alijs autem ſeptena recenſentur. ſed age hac enumerario tria tantum ſint: & aliàs ex tuo arbitratu, quot viſum tibi fuerit. ſcapulæ duæ: totidem clauiculæ & humeri duo. vlnæ duę. radij duo. brachialis oſſa ſedecim, vtriuſque ſcilicet manus octo. octo item poſtbrachialis oſſa, in vtraque manu quatuor. digitorum oſſa triginta: vtriuſq; manus nimirum quindecim. ſeſamina oſſicula in ſingulis manibus vt minimum ſunt duodecim, ac proinde iam viginti quatuor illa in manibus recenſeamus. Oſſa ſacri oſſis lateribus commiſſa, duo. femora duo. duo tibiarum oſſa. fibulæ duæ. duæ patellæ. duæ calces. tali duo. nauicularia oſſa duo. tarſi oſſa octo, in vtroque pede quatuor. decem pedij oſſa, in vtroque pede quinque. viginti octo digitorum pedis oſſa, cuiuſque nimirum pedis quatuordecim. pedis ſeſamina oſſicula ſimiliter atque in manibus viginti quatuor, quamuis nonnulla ſint prorſus cartilaginea. Ac proinde ſi hæc oſſa in vnum numerum reijcies, vniuerſa erunt (ſi rectè addo) trecenta & quatuor. quibus ſi pectoris oſſa quatuor adhuc adijci velles, & maxillæ inferioris duo oſſa ſtatueres, eſſent trecenta & ſeptem. Verum ſi priuatim omnes appendices (quum oſſa ſint propria circumſcriptione in pueris terminata) enumerare lubeat, facile dictum nuper numerum ſemel, ac rurſus dimidio duplicares. quod vel hinc colliges, ſi vertebras, femora, tibiæ oſſa, atque alia quæ multis appendicibus donantur, in memoriam reuocaueris. Rurſus ſi oſſa vt in pueris viſuntur ſubduxeris, Dij boni quantum oſſium aceruum cumulabis? quum omnes vertebræ, aut tribus, aut duobus conſtent oſſibus & oſſa quæ ſacro coarctantur, tribus. idque generis reliqua: adeò vt cuique ſuo arbitratu oſſium numerum confingere ſit integrum.

(*.*)


Prima ossium tabula.
Die figur der
heute
B


Secunda ossium tabula.
Die 2 figur der beine.
C

# CHARACTERVM QVI TRIBVS VNIVERSVM SCELETON EXPRIMENTIBVS FIGVRIS ADHIBENTVR,

## INDEX.

TRIBVS præcedentibus figuris ijdem ferè inscribũtur characteres. quanquam si quis illarum alicui tantummodo peculiaris fuerit, ex numero promptè obseruabitur, quem singulis characteribus modo in Indice subijciam, quo potissimùm institui ossium nomina simpliciter ascribere: eaque latina, & à probatioribus autoribus hactenus magis recepta & vsurpata: Quid generali hac voce ossis & cartilaginis significetur, nemo est qui ignoret: particularium igitur ossium nomina opportunè auspicabimur à capitis ossibus, seu caluaria quæ cranium etiam dicitur. Calua, cerebri galea, atque ita nonnulli totam capitis ossium sedem vocant cerebrum amplexantem, octoque ossibus efformatam. aliqui verò eam duntaxat, quæ crinibus ornatur. cuius circulus corona, theca & olla capitis, testa capitis, & scutella capitis nuncupatur. Suturæ, quibus capitis ossa inuicem committuntur, complosa vel commissa appellari possunt.

A 2,3 Sutura coronalis arcualis, sutura puppis.

B 2,3 Græcorum maiusculum Λ referens sutura lamdoides, sutura proræ.

C 3 Sagittalis sutura. Instarteli, veru, aut virgæ secundum capitis longitudinem prorepens sutura, ac nerualis quandoque dicitur, idque potissimùm vbi hæc coronali committitur.

D 2,3 Hæc compago veræ suturæ imaginem non exprimens cum sua coniuge vocatur, suturæ squamarum modo inuicem commissæ, temporales, squamæ formes, corticales, mendosæ. Reliquæ autem caluariæ suturæ proprijs destituuntur nominibus cuiusmodi verò illæ sint, non est quòd hîc prolixius repetam.

α 2,3 Hoc os vnà cum suo coniuge, verticis ossa vocantur, sunt quibus syncipitis ossa nuncupantur. ac nerualia, paria, arcualia: quanquam alij ita iugalia nuncupent ossa. parietalia, quo nomine nonnullis temporum ossa, dicuntur ossa rationis, seu cogitationis.

β 1,2,3 Frontis os, quibusdam sincipitis coronale, os puppis capitis, os inuerecundum, os sensus communis.

γ 2,3 Occipitis seu occipitij os, laude os, pyxis os, os proræ, os memoriæ. Sunt qui & basillare (quod magnam capitis portionem constituat) nuncupent, etiamsi id nomen cunei formi ossi priuatim inditum fuerit.

δ 2,3 Id os cum suo pari, temporum ossa, ossa lapidea, lapidosa, quibusdam mendosa, parietalia, dura, armaliaque dicuntur. quæ ossiculum notat incudi aut molari denti assimulatum, * verò id quod malleolo aut femoris ossi comparamus. Quum itaque ea ossicula priscis Anatomes professoribus fuerint incognita, non mirum est illa etiam nominibus destitui.

ε 2 In temporis osse processus styli acusúe imaginem referens, styliformis, calcar capitis, os calaminum, sagittale, clauale, acuale.

ζ 1,2,3 Temporis ossis processus, vberis papillam referens mamillaris dicitur.

E 2,3 Os cuneo comparatum. Cuneiforme palati os, basillare, quanuis sic etiam appellent occipitis os, paxillum, os colatorij, os cribratum, cauilla: quanquam & ita talum quoque vocent.

η 2 Sedes caluariæ, quam lapidosam dicimus.

θ 2 Cuneiformis ossis processus, vespertilionum alis assimilati.

F 1,2,3 Hæc sedes simul cum sua coniuge in altero latere, vocatur ossa iugalia. Ossa paris, paria, quæ nomina illi etiam temporum ascribunt ossibus, ansæ ossium temporum, arcuali a ossa.
Superioris maxillæ duodecim ossibus nullum inscripsimus characterem, quòd priuatis destituantur nominibus, quanquam interim septum narium, nonnullis cristæ os nuncupetur. Cæterum superior maxilla dicitur mandibula, quod

G nomen & inferiori maxillæ G in tribus figuris notatæ accommodatur, quam Halyabatis interpres priuatim Faucem vocat.
Dentes, plurimum in vtraque maxilla sedecim figuntur, quorum quatuor medij, anteriores que, incisorij vocantur. risorij, quaterij. quadrupli. Verum duo medij, priuatim duales illis appellantur. Qui vtrinque in cisorijs proximus est, caninus vocatur, suntque ita vtriusque maxillę duo canini mordentes, hos quidam quoque risorios vocauerunt. Quinque autem vtrinque insequentes, molares appellantur. molares, maxillares, paxillares, Cicero Genuinos, quo nomine alij eos appellãt, qui post pubertatem ferè crescunt: nostris dentes sensus ac sapientiæ vocantur.

H 2 Os ν referens. os ν aut Λ imaginem exprimens. Linguæ os, gutturis os, os laude, os morsus Adã. Auicennæ Interpres Capite de Gutture habet: Alfaic os habens quatuor latera, duo inferiùs, duo superiùs, quod non obiter Anatomes studioso obseruandum venit.

I, K, L, M, & N His characteribus, in tribus figuris ferè conspicuis dorsum notatur, quod spina, tergum, hominis carina, multis extruitur vertebris. Verticulis, ossibus fusi, quæ in posteriori sede acutum educunt processum, qui Siminea vocatur. Cæterùm ab I ad K indicatur ceruix, collum. Tenon, athlas, quod nomen alij septimæ ceruicis vertebræ duntaxat tribuunt. Porrò à K ad L vertebræ insigniuntur thoracis, pectoris, interdum dorsi

ſimpliciter interſcapilij. Ab L ad M vertebræ lumborum vel renum. Ab M ad N os ſacrum proponitur. latum, lumbare, oſſa clunium, clauium, vetula, oſa minum, oſanum, quæ nomina coccygi oſſi ab aliis aſcribuntur. N inſcribitur coccyx os caudæ os, dein reliqua, quæ oſſi ſacro ex quorundam interpretum ſententia tribuimus nomina.

O 1,2,3 Pectoris os ſternum: thorax, aſſer, coſſos, ſcutum cordis.

P 1, 2, 3 Mucronata pectoris cartilago, enſi comparata enſiformis. Malum grauatum enſifoidis, cultralis, epiglottalis cartilago, ſcutum, clypeus oris ſtomachi, medium furculæ inferioris.

1,2,3 &c. vſque ad 12. In tribus figuris duodecim thoracis coſtæ tam veræ ac legitimæ, quàm nothæ ſpuriæúe indicantur.

Q 1, 2,3 Clauiculę claues, iugula, ſunt qui & has humeros appellarunt Furculæ aut priuatim furculæ inferiores, quas ab humiliori pectoris oſſis ſede, ita diſtinguunt.

R 1, 2,3 Scapula. Latinis plerunque etiam humerus nuncupatur, ſcoptulum opertum, ſcoptula. Spatula,

λ clypeus & ſcutum pectoris. Cæterùm λ in tribus figuris, ſuperior ſcapulæ inſignitur proceſſus, quem ſummum humerum ferè vocamus. Roſtrum procinum caput aſcapulæ. Proceſſus autem ſcapulæ interior inferiorúe, in prima figura

μ μ indicatus, dicitur. Anchoræformis, C literam referens proceſſus. Oculos ſcapulæ, quo etiam nomine ſcapulæ ſpina nuncupatur.

S 1, 2, 3 Humerus, ſeu brachij os, Brachium, ſunt quibus vlna vocetur. Paruum brachium, adiutorium brachij, canna brachij.

T, V 1, 2, 3 Tota hæc ſedes, cubitus nuncupatur. & vlna, quæ nomina etiam inferiori hùius ſedis oſſi tribuuntur.

X 1, 2, 3 Superius in cubito os, radius nobis appellatum.

Y 1, 2, 3 Focile minus brachij, canna, arundo minor brachij.

Cubiti inferioris os, vlna nobis dictum, eiſdemque cum toto cubito vocibus donatum. Focile maius brachij, canna, ac arundo maior & inferior brachij.

ν Huis proceſſum ν in ſecunda inſignitum. Latinorum quidam Gibberum appellant. Additamentum necatum. Proceſſus autem ξ in inſignitus, ac ſtylum referens ſtyly formis.

Z, Z 1, 2, 3 Brachiale. carpus. Palma quibuſdam. Raſcha, raſeta, aſcam, oſſa raſete.

r 1, 2 Poſtbrachiale. permultis palma, pectus manus, pecten dicitur.

Δ, Δ 1, 2, 3 Digiti.

Θ 1, 2, 3 Oſſa ſacri oſſis lateribus commiſſa, quorum v-trinque vnum eſt, in teres veluti ſedes (& ſi continuum ſit) à diſſectionis profeſſoribus diſtinctum, ac prima quidem ο inſignitur, ilium os nuncupata os anchæ, interdum lumbare. Secunda ſedes mediaque, ac π inſignita, coxendicis os nuncupatur. coxæ os, quibus nominibus pleriſque totum os etiam vocatur, pixis os, femoris os, ſed valde perperam. Tertia ſedes, anteriorque, ac ρ inſignita, pubis os vocata eſt. pectinis. Penis pudibundum, feneſtratum os, quod etiam illi femoris os ſubinde appellitant.

ſ 1, 2, 3 Coalitus pubis oſſium, verùm priuatim cartilago hîc inſignitur, eorum oſſium vnionem interueniens.

Λ 1, 2, 3 Femur, ſeu femoris os, femen. Os coxæ, coxa, agis, anchæ os.

τ 1, 2, 3 Exterior femoris proceſſus, qui rotator, & natis ferè nuncupatur, Malum granatum teſticulorum, tharuca, trachametra maior. Minor verò

υ interiorque proceſſus, υ inſignitur.

Ξ 1, 2, 3 Patella. Mola, ſcutiforme os, genu rotula. Oculus genu, polus.

Π, Σ 1, 2, 3 Hæc pars vniuerſa Celſo Crus nuncupatur.

Φ 1, 2, 3 Nominatur tamen ſecus pars hæc π & Σ interſepta, tibia. huius quoque ſedis grandius exteriuſque os tibiæ, os ferè nuncupamus. Focile maius, & arundo, & canna maior, ſeu domeſtica cruris.

Ψ 1, 2, 3 Cæterùm exterius graciliusque os inſignitum, fibula nobis appellatur. Sura. Focile minus, canna, & arundo minor cruris.

φ, χ 1, 2, 3 Malleoli, latinorum autem nonnullis malè tali appellantur. Clauiculæ, cauillæ. Ac φ quidem interiorem indicat malleolum, χ autem exteriorem.

Ω, 1, 2, 3 Talus, aſtragalus, Latinis Interpretibus quibuſdam parum rectè malleolus appellatur, forraſſis hucquorundam non Anatomicorum ſententia ductis, qui τὴν σφυρᾶν malleolum, neutro autem τὰ σφυρὰ talos potius ſignificare contendunt. Baliſtæ os cauilla.

a 2,3 Calx. Calcamens. Calcis os. calcer pedis, calcanius.

b 1,2 Os cymbam ſcaphamúe referens. Nauiculare, nauiforme.

c, c 1, 2 3 Hæc pedis pars quatuor efformata oſſibus, nobis tarſus, vt & Græcis, ferè nuncupatur. Raſeta pedis, & oſſa raſetæ pedis. Tria autem interiora

d, e, f d, e, f inſignita, priuatim Chalcoides quibuſdam appellantur. extimum verò ac g notatum, voca-

g mus os cubum teſſeramúe referens. Cubiforme, quadratum Grandinoſum.

h, h 1, 2,3 Pedium planta, planum, veſtigium & ſolum. Pectus, & pecten.

i, i 1, 2, 3 Pedis digiti.

k 1, 2, 3 Characterę k oſſicula notantur ſeſamina.

e.

# PRIMAE MVSCVLORVM TABVLAE CHA-racterum index.

PRAESENS tabula anteriorem corporis faciem magna ex parte notans, corpus exprimit, à quo cutis cum adipe carneaque membrana, & omnibus in superficie extantibus neruis, venis & arterijs, si quæ sunt, resecui. Hanc tabulam vnà cum sequenti, characteribus liberam relinquere propositum erat, quo minus illis commaculata spectaretur. Quandoquidem tertia ferè prima est, quam ad disciplinam parauimus, præsens namque (vt i nec consequens) aliquid oculis subijcit, quod non in musculosis & quadratis, vt sic dicam, hominibus, eruditos pictores, sculptoresque indies etiam præcipuè exprimere obseruamus. Quæ enim membranea in tertiæ tabulæ facie & ceruice visuntur, & fibræ etiam in musculis ductæ, potius pictorem ac sculptorem & plastem (quorum studijs quoque opitulari visum est) perturbant. Quanquam his sanè non satsit, musculos in superficie repositos ad amussim tenere, imò præter ossium accuratissimã cognitionem, summa diligentia cuiusque musculi munus perspectũ ipsis esse debet, quo sciant, quando musculum aliquem aut breuiorem, aut longiorem, aut protuberantem magis, aut compressum depingere debeant, hoc axioma perpetuò ob oculos habentes, musculum dum os mouet, idque (vt sic dicam) ad suum ventrem retrahit, breuiorem, multoque prominentiorem fieri, & ad ipsius ventris medium colligi, quum autem è conuerso musculus os dimittit, ipsumque os aliò agitur, quàm ab eo musculo duceretur, musculi ventrem (cui duntaxat illi artifices animum accommodant) produci ac subsidere, minimumque protuberare. Characterum præsentis figuræ indicem aggrediar, in quo vix vllum musculum priuatim expressurus sum, sed vnicum duntaxat characterem singulis in altero latere adhibens, quos hic obiter spectare licet, asscribam. In facie itaque nullus hic in conspicuo est musculus, quòd illi tenues exacte & membranei sint, neque etiam obiter adempta cute secus, quàm in præsentia modo occurrant.

A Glandulæ quàm plurimæ notantur, quæ sub aurium radici, ad posteriorem inferiores maxillæ sedem repositæ, cauitatem hic opplent, tutæque vasorum distributioni præficiuntur. Sunt autem hæ quas in pueris humorum influxus crebro molestant, ac quæstrumis (quas χοιράδας Græci appellant) subinde infestantur. Hæc sede, qua glandulæ reponuntur, etiam citra characteris adminiculum, præscissæ hic auris foramen obseruatu est facillimum.

B Sinistri lateris musculus, ab inferiori maxilla, in os v imaginem referens insertus.

C Musculus à pectoris osse prognatus, ac in os v literæ simile cum suo coniuge insertionem tentans.

D Musculus gracillimus, à superiori scapulæ costa, in os v referens insertus, ac in quarta musculorum figura, V & V, in quinta autem, R & S notatus. Sedes quæ vtrinque ad literæ D latera visitur, cauaque est, neruos continet sexti paris neruorum cerebri, interioribus venis iugularibus, & arterijs soporalibus concomitatos.

F Musculus à pectoris osse & clauicula, in mamillarem occipitij ossis processum, carnea insertione implantatus.

G Portio est musculi, scapulam mouentium secundi, cuius effigiem monachi in suis cucullis imitati sunt. Præsentis musculi aliud nihil hic est conspicuum, quàm quod clauiculam, & summi humeri sedem clauiculæ connexam inseritur, verùm in nona figura totus apparet musculus, r & Δ insignitus.

H Sedes hac iugulares venas exteriores transmittit, quaré etiam citra omnem musculi distinctionem, in viuis duntaxat caua apparet. Vena autem resecta, & mucosis quibusdam membranulis ademptis, ille occurrit musculus, quem D insignitui, & etiam vnus qui à prima thoracis costa, in anteriorem transuersorum processuum ceruicis vertebrarum sedem insertus, C in octaua musculorum tabula notatur.

I Clauiculæ anterior sedes, quæ excarnis occurrit.

K Musculus brachium attollens, cuius principium à clauicula, summo humero, & scapulæ spina enascitur, atque hic ipsius pars spectatur, à clauicula & summo humero pronata.

L Musculus brachium pectori adducens.

M Pectoris os excarne apparens, nam musculis pectori brachium adducens ad ossis latus, primùm carneus esse incipit, & quamuis dexter sinistrum neruoso, & membranæ modo tenui exortu contingat, ob hoc tamen in viuis adhuc hominibus pectoris os non prorsus occultatur.

N N sub axilla latitat, partem notans musculi brachium deorsum versus dorsum detrahentis, ac sequenti tabulæ indicandi.

O,O Hæc digitorum imago, musculi aliquot insertiones indicat, qui in octo superiores thoracis costas insertus inspirationi famulatur, atque in octaua musculorum tabula F & F insignitur.

P,P Præsens verò digitorum effigies, exortus est musculi abdominis obliquè descendentis, quem pluribus characteribus hic notare non libuit: quemadmodum neque recto etiam abdominis musculo notam adhibui, quod prorsus adhuc sub obliquorum neruosis tenuitatibus, & musculo brachium pectori adducente reconditus sit, vtcunque etiam tubera quæ secundùm abdominis longitudinem porrecta conspicis, recti abdominis musculi sint: quæ quo minus extuberent, obliquorum tendinum tenuitatibus non inhibentur: quemadmodum neque cutis crassities in non admodum obesis obstat, quo minus eadem spectentur.

Q Anterior cubitum flectentium musculus.

R R sub axilla reconditur, notans dicti iam musculi, interioris capitis carnosam partem, peculiaris musculi ritu extuberantem.

# PRIMAE MVSCVLORVM TABVLAE CHA-racterum index.

S, S Musculus posterior cubitum flectentium, quem duobus insigniui characteribus, ne sedes illis characteribus notatas, diuersos esse musculos quis arbitraretur.

T Musculus ab inferiori scapulæ costa enatus, cubitique extensioni subseruiens.

V Superior musculus eorum qui radium in pronum agunt. Cæterùm quum præsentis figuræ cubitorum & manuum extremarum non eadem sit facies, haud inopportunè dextro & sinistro lateri V ac subsequentes aliquot characteres pariter adhibui.

X Musculus ante indicem postbrachiali insertus, idque flectens.

Y Musculus latum tendinem in summam manum producens. Sedes autem quæ vtrinque ad huius tendinis latus in cubiti longitudine protenditur, nulloque charactere insignitur, flexionis secūdi quatuor digitorum articuli autor est, quem quintæ figuræ ⊖ indicat.

Z In dextro cubito indicatur musculus ab interno humeri tuberculo principium ducens, qui recto brachialis ossi insertus, brachiale flectit.

a In vtroque cubito musculus notatur, radium in supinum ducens: qui ab humeri osse natus, inferiori radij appendici implantatur.

b In vtroque cubito musculus insinuatur, bicorni tendine brachiale extendens.

c In vtroque cubito indicantur duo musculi, ex vlna originem ducentes, quorum vnus tendinem brachialis ossi offert pollicem sustinenti: alter in binos dissectus tendines, vnum primo pollicis ossi, alterum secundo & tertio inserit.

d In sinistra manu hîc occurrit tendo musculi, pollicem versus indicem euertentis.

e In sinistra manu spectantur tendines, in exteriorem indicis sedem exporrecti.

3, 4, 5, 6 In sinistra manu notatur transuersam ligamentum, in cubiti externa sede conspicuum. verùm numeri characteres seorsim indicant, quot in hac manus superficie sinus anulique dissecantibus apparere possunt. sunt autem omnes quatuor radio proprij, illisq; tendinibus adaptati, in quorū regione numerum conspicis. In dextro cubito etiam 6 spectantur, idē quod in sinistio indicans.

h In sinistra manu, sedes musculi indicatur pollicem indici proximè adducentis.

i In dextera manu musculus pollicem ab indice plurimùm abducens: atque ad huius latus portio eius musculi visitur, qui primum pollicis os flectentium est prior.

q; Musculus paruum digitum à cæteris abducens, ad cuius dextrum latus is se offert, qui sub illo magna ex parte occultatus primum parui digiti flectit internodium, id in externum latus ducens.

k Tunica testem ac ipsius vasa seminaria inuoluens, quæ hàc in viris prorepunt. Mulieribus enim hæc vasa cum reliquis generationi famulantibus organis in corporis alto reconduntur.

l Ad sinistri testis latus l occultatur, notans glandulas cauitatem hic in inguinibus replentes, qua insignis vena cum arteria crus adit. Glandulis enim resectis hic magnus exurgeret sinus, cuiusmodi in inguinum abscessibus fieri cernimus.

m Musculus à pubis osse in femur procedens, in octaua figura Σ notatus.

n Hàc prorepunt duo musculi, quorum alter femoris motorum sextus habebitur, atque in octaua tabula ⊖ notabitur: alter verò septimus, in eadem tabula Λ indicandus.

o Ab ilium osse pronatus musculus, qui tibiæ insertus, illius motorum primus est.

p A pubis ossium commissura enatus musculus, ac tibiam mouentium secundus.

q Sextus inter tibiam mouentes musculus, cuius carnosa substantia hîc conspicitur: tendo autem ipsius adeò tenuis est, vt subiectorum illi musculorum circunscriptionem non obliteret. Quapropter etiam priuatim hîc se non ostendit, quemadmodum neque in secunda musculorum figura. in tertia tamen & quarta, quadamtenus oculis subijcitur, in hac quidem charactere 3, in illa verò Φ notatus.

r Præsens musculus etsi cum alijs inibi ad superficiem repositis nuper dicto membraneo tendine sexti tibiam mouentium musculi obducatur, attamen sese ostendit, quemadmodum neque in musculo sis integra adhuc cute conspectum fugit. Notat autem r priuatim septimum tibiam mouentium musculum.

ſ Musculus supra coxendicis ossis articulum principium ducens, & inter tibię motores nonus. Verum & hic membraneo obtegitur tendine musculi tibiam mouentium sexti.

t Musculus, femoris os vniuersum quodammodo amplectens, tibiæque ducum octauus.

u Sedes hæc u notata, ad sinistrum spectatur genu, estque quarti tibiam mouentis musculi pars.

x, y Tota hæc tibiæ ossis regio excarnis est, nulloque obtegitur musculo.

z Musculus pedis motorum ordine sextus, ac per transuersum ligamentum in anteriori tibiæ sede positum & ♂ indicandum, descendens, pedijque ossi pollicem sustinenti insertus.

ⁿ Musculus quatuor pedis digitos extendens, qui sub musculo z insignito, maxima sui portione occultatur.

β Quatuor digitos extendentis musculi portio, quæ pedi in anteriora attollendo suppetias ferens, pedem mouentium nonus censetur.

γ Pollicem extendens tendo. Carnosa enim musculi pars in alto alijs subijcitur musculis.

♂ Transuersum ligamen in anteriori tibiæ sede locatum, & quatuor vltimò notatis musculis viam porrigens.

ι Exterior malleolus, seu fibulæ excarnis pars.

ζ Musculus fibulæ exporrectus, qui sub pedis inferiora reflexus in pedij os pollicem sustinens insertionem molitur, ac pedem mouentium septimus numerabitur.

ϰ Musculus ab extremo femoris capite pronatus, & pedem mouentium secundus.

ϑ Hunc characterem & aliquot subsequentes in dextro cruri reposui, quòd illis indicandi musculi in eo sint conspectores. Verùm ϑ notatur musculus

SECVNDAE MVSCVLORVM TABVLAE CHA-
cterum index.

culus ab interno femoris capite pronatus, pedemque mouentium primus.

ι Tendo totius corporis gracillimus, ab illo enatus musculo, qui ab externo femoris capite principium ducēs, pedem mouentium tertius habetur.

ϰ Maximus suræ muscul. à commissura fibulæ ad tibiam enatus, pedisque motorum facilè robustissime, & quartus.

λ Musculus quatuor pedis digitorum tertium os flectens.

μ Portiuncula quoque hîc visitur, pedem mouentium quinti verùm hæc, vt & musculi paulò antea in dextro potissimùm crure commemorati, dilucidiùs multo in dextra sequentis tabulæ tibia conspiciuntur.

ν Transuersum ligamentum à tibia in calcem pertinens.

ξ Musculus pollicem in internum latus agens.

ϖ In sinistro pede musculus notatur, pollicem alijs digitis adducens, seu illum in latus externum mouens. Apparent ad hæc, sub tendinibus musculi quatuor digitos extendentis, ac ϖ notati, tendines indicem medium & anularem in externum latus abducentes.

f. *SECVNDAE MVSCVLORVM TABVLAE characterum index.*

SECVNDA tabula primæ, quòd ad sectionem spectat, omnino correspondet, & in latus versa eosdem cum illa commonstrat musculos, vnà cum ossium sedibus in superficie prominentibus, ac vt sic dicam, excarnibus. Quum itaque hæc spectatu sit dignissima, pari cum præcedente modo singulos musculos vno charactere annotabo. Facies itaque propemodum vniuersa, & caput quoque, quum paulo minus toto osseum sit, literis nisi pauciſſimis in hunc modum insignientur.

A Temporalis musculus. Quicquid supra semicirculum hunc quo temporalis musculi primus exortus circunscribitur, consistit, prorsus excarne est: nisi hîc fortassis accuratè nimium singula animaduertens, frontis os secundum naturam non excarne esse, verùm tenui musculosa compage obduci, additum velis, quam simul cum frontis cute totaque adeò carnosa membrana resecuimus.

B Os iugale. Foramen illud ad ossis huius terminum sese offerens, auditorius est meatus.

C Musculus à mandendo μασητὴρ, & mansorius nuncupatus.

D Musculus buccarum motibus subseruiens, ac ex vna maxilla in alteram pronatus.

E Musculus sinister ab inferiori maxilla in os v imaginem referens productus.

F Musculus à pectoris osse in os v referens insertus.

G Musculus sinister, à superiori pectoris ossis sede principium ducens, & in humiliorem cartilaginis scuti imaginem repræsentantis regionem insertus. Is enim quum sub musculo F insignito latitet, non prorsus in latere conspectum fugit.

H,H Musculus à superiori scapulæ costa ad os v imagini simile properans, qui ablato adipe & iugulari externa hinc diligenter execta, iuxta humilius H est conspicuus. Deinde superius H indicat etiam glandulas ad auris radicem repositas.

I A pectoris osse & clauicula principium sumens musculus, & in mammillarem temporis ossis processum insertus.

K, L Musculorum scapulam mouentium secundus. ac K quidem notat superiorem ipsius partem, quæ scapulam sursum trahit. L verò inferiorem, cuius beneficio scapula deorsum agitur. Ad dextrum latus L hîc quoque dextri musculi portio sese offert, verùm in nona musculorum tabula vtriusque lateris musculus literis r & ∆ est spectatissimus.

M Musculus brachium attollens. præsens musculus longè accuratiùs in quarta figura ϖ, & in decima ∆ indicabitur. quod ideo additum volui, ne quis hunc musculum multis donatum impressionibus, plures esse ex vera hac integraque delineatione sibi persuadeat. Quamuis interim hæ impressiones (si quis alius modò musculus) peritos sculptores pictoresque ludant. quos non hic solum, sed & in toto externo brachij latere velim esse attentissimos, quòd male musculum quem iam notabimus, veluti in cubiti exteriora protrahant.

N Quanquam ex subsequentibus characteribus nōnullos in vtroque brachio repositos cernis, tantisper tamen sinistro duntaxat animum adhibebis, donec & dextri meminero. N itaque notatur posterior cubitum flectentium, qui in viuis altiùs supra brachium attollentis musculi insertionem enasci visitur, quàm reuera principium ducit. licet hîc non nimis inferiùs incipiat, sed quod pictoribus animaduertendum est fortassis etiam elatiùs quàm deceat.

O Musculus cubitum extendens, qui ab humeri capitis ceruice principium adipiscitur.

P Musculus cubitum quoque extendens, cuius origo ab inferiori scapulæ costa pendet.

Q Hac sede duo dicti nuper musculi cubitum extendentes in vnum coëunt, non amplius duplicis musculi imaginem repræsentantes. Quòd autem hîc insignius quàm reliquo progressu extuberant, præter ipsorum partem summè carnosam tertius cubitum extendentium in causa est, qui hîc sub illis occultatus ab humero seu brachij osse pronascitur atque in duodecima figura X, in decimatertia autem d indicabitur.

R Hac parte cubiti extentionis autores in posteriorem vlnæ processum, & articuli ligamenta implantantur, nerueam suæ insertionis partem in triangularem hanc sedem porrigentes, quæ excarnis vlnæ est portio.

S Musculus ab humero enatus, qui in inferiorem radij appendicem insertus, radium in supinum ducit.

T Musculus bicorni tendine brachiale extendens.

V Musculus indicem medium, & anularem præcipuè extendens.

# SECVNDAE MVSCVLORVM TABVLAE CHA-
cterum index.

X Musculus parui digiti extentionis primarius autor.

Y Musculus postbrachiale extendentium inferior.

a Musculus flectentium brachiale inferior.

b,c Duo hic indicantur musculi, quorum superior b insignitus brachiali inseritur. inferior autem cui c inscriptum est in duos diducitur tendines, vnum primo pollicis internodio inserens, alterum duobus superioribus eiusdem internodijs implantans.

1,2,3,4 5,&6. His numeris notatur transuersum ligamentum in exteriori sede cubiti repositum, quod in tot rursus annulos diuiditur, quot numeros scripsimus. 1 enim indicat ligamentum radio vlnæque commune. 2 ligamentum vlnæ proprium. 3, 4, 5, & 6 verò insinuant quatuor ligamenta radio peculiaria.

d Sedes musculi, aut ipse etiam musculus indici pollicem proximè adducens.

e Tendo musculi pollicem ad indicem euertentis. Verùm modò tempestiuum est & dextro brachio animum accommodare, ac partim easdem notas quas in sinistro spectasti, partim verò nouas intueri. Idem igitur significant N ac N, P, S, T, a. sed vix hic musculi a insigniti linea conspicitur. dein b, c, & 4, 5, 6, & d ac eidem in dextra, quod in sinistra manu referunt. At priuatæ dextræ manus notæ sunt huiusmodi.

Z Anterior cubitum flectentium musculus.

f Musculus superior radium in pronum mouentium.

g Musculus superior brachiale flectentium.

h Latum producens tendinem musculus.

i Musculus gibbam scapulæ sedem occupans, qui extrorsum brachium circumuertit.

k Musculus quo brachium retrorsum ad dorsum elatiùs quàm iam signando musculo ducitur.

r Præsentem musculum nona tabula O, & detectum adhuc magis decima Θ ostendent. Atquum externum secundumúe ipsius latus nullibi atque in hac tabula opportunius ostendetur, hîc aliquot characteres adijcere erit operæprecium. Est itaque musculus hic cuius beneficio brachium agitur deorsum, triangularis quodam modo figuræ, cuius internum latus spinarum apicibus exporrigitur (qui præsenti musculo principium oferunt) ab l ad m pertinens. Exterius verò latus, quod à sacro osse sursum obliquè in priora adinsertionem properat ab m ad n vsque pertinet. n enim insinuat huius musculi partem suæ insertioni proximam, quæ citra alterius musculi dissectionem conspici nequit. Atque hoc latus est, quod in prima tabula N notat, in sequenti verò V, & rursus longè accuratiùs dextrum septimæ tabulæ brachium O litera hanc insertionem commõstrat. Tertium latus ab l ad n porrigitur, quod transuersim ductum humiliori basis scapulæ angulo insternitur. Atque l etiam indicat huius musculi partem musculo cui L inscripsimus subiectam.

l,m

n

A Ne paruum o in vmbra ad pectoris sedes plus satis lateret, A inibi positum habes, musculum indicans, quo brachium pectori adducitur.

o,o,o Huiusmodi triangulorum quasi ritu procedentes formæ insertiones musculi sunt eius qui in octo superiores thoracis costas manus modo insertatur.

p,p Exortus abdominis musculi obliquè descendentis, qui mutuò cãdicti iã musculi & aliquot o insigniti insertionibus ingrediuntur. Quod autem in vniuersa abdominis sede conspicitur, obliquus ille est musculus: quanquam rectus abdominis musculus nonnihil propter obliquorum tendinum tenuitatem (quemadmodum & ante sectionem) extuberet.

q Principium notatur primi tibiam mouentium musculi, quem sequenti figura Σ notatum cernes. Hic autem in dextro femore q etiam indicatur.

r Musculus latum producens tendinem, quo omnes femur amplexantes musculi circundantur, quique tibiam mouentium sextus habetur. Huius tendo quum non insignem exigat spissitudinem, aliorum musculorum inspexione minus adhucipsa cute occupat: vnde etiam hic occurrit musculus, mox t notandus.

s Portio musculi tibiam mouentium noni, quem in quarta tabula Φ exprimam.

t Musculus tibiam mouentium septimus, membraneo tendine sexti tibiam mouentis musculi obtectus.

u Musculus sinistrum femur mouentium primus. Qui verò dextrum femur agit, etiam magna ex parte hic se offert.

x Regio maioris exteriorisúe processus femoris.

y Conspicua secundi femur mouentis musculi pars. Reliqua autem primo femur mouenti musculo u superiùs indicato, & illo quem latum producere diximus tendinem, quemque hic r notaui occultatur.

α Quartus tibiam mouentium musculus, qui hic externo ipsius latere est spectatissimus, ac nullibi in dextro crure apparet.

β In vtroque femore tertius notatur tibiam mouens musculus.

γ In dextro tantum femore indicatur secundus tibiam mouentium musculus.

δ In dextro crure bis δ posui musculum indicaturus, quem ego quintum femoris motorem enumeraturus sum. In sinistro autem crure δ iuxta poplitem ponitur, quintum quoque notans musculum.

ε&ζ In dextro femore indicatur quintus tibiam mouentium Galeni musculus, noster autem femur mouentium quintus. ac ε quidem huius musculi posteriorem partem indicat, ζ verò posteriorem anterioris partis portionem. Hæc non ambigo abstrusa obscuraque videri, hos tamen musculos in alijs musculorum tabulis propemodum denudatos, videre licet, videlicet in septima ad characterem β, in octaua ad Φ & c, in duodecima ad Ξ & Σ. Omnia enim singulis locis haud veniunt repetenda.

κ Musculus hic extuberans, tibiam mouentium octauus censebitur.

κ,ϑ Excarnis tibiæ pars, verùm interior malleolus priuatim κ notatur.

λ In vtroque crure suram constituens musculus, qui mouen-

# SECVNDAE MVSCVLORVM CHARACTERVM tabulæ index.

mouentium primus numerabitur.

ϕ Musculus in vtroque notatur crure, pedem mouentium secundus.

ν Gracilimus totius corporis tendo, à musculo enatus qui pedem mouentium tertius habetur.

ξ Maximus suram constituentium musculus, ac pedem mouentium quartus. Quamuis o & i, & eiusmodi aliquando characteres non inuenis, ob hoc quidquam non notatum fuisse minime arbitrandum est, quum illi characteres (quantum ad sculpturam spectat) nostro o & i non absimiles sint.

π Musculus tertios quatuor digitorum flectens articulos.

ρ Portiuncula eius musculi, qui pedem mouentium quintus erit.

σ Transuersum ligamen ab interno malleolo in calcem pronatum.

τ Musculus pollicem in internum latus ab alijs abducens digitis, qui sanè hic est manifestissimus.

υ Ligamentum musculo secunda quatuor digitorum internodia flectenti obnatum, & lati tendinis vicem in planta gerens.

φ In vtroque cure musculus notatur in anteriori tibiæ sede locatus ac pedem mouentium sextus.

χ Musculus fibulæ exporrectus, qui pedis motorum septimus numeratur.

ψ Musculus nuper dicto substratus, pedemque mouentium octauus. huius tendo, vt & septimi, sub Σ est conspicuus.

ω Masculus quatuor digitos extendens, ad latus autem sinistrum Ω occurrit huius musculi portio, bicorni tendine in pedis os ante paruum digitum inserta quam pedem mouentium musculorum nonum appellabimus, quique aptiùs in quarta musculorum tabula Ω indicabitur.

Θ Tendo musculi pedis pollicem extendentis.

Λ,Δ Transuersum ligamentum tibiæ ossi & fibulæ commune, in sinistro crure Λ indicatur, in dextro autem Δ.

Ξ Exterior malleolus, seu fibulæ ossis excarnis sedes.

Σ Transuersum ligamentum à fibula in calcem pertinens.

Π Musculus abductionis parui digiti à reliquis autor.

## TERTIAE MVSCVLORVM TABVLAE *characterum index.*

PRAESENS tabula anteriorem corporis faciem exprimens, in hoc à prima musculorum tabula differt, quòd musculos ex carnosa membrana constitutos, & aliquot etiam faciei musculos ab adipe liberatos commõstret, quodque magis ad musculorum disciplinam, quàm priores duæ, sit comparata.

A Rectæ secundùm frontem ductæ lineæ, frontis & narium cutis musculum notant.

B Temporalis musculus, vbi interdum, sed perquam rarò, carnea membrana fibris etiam carneis enutritur.

C Musculus palpebram attollens.

D Musculus palpebram deorsum trahens.

E Mutuus palpebræ musculorum secundum palpebræ longitudinem connexus.

F Musculus media sui parte nasi alam, altera verò superius labrum perens. Quemadmodum sanè varium musculorum fibrarum in labijs implexum indicare non licuit, ita quoque characterum copia faciem alioquin satis obscuram non sum occupaturus.

G Malum, ac iugalis ossis anterior sedes, quæ prorsus excarnia sunt.

H Musculus à malis pronatus, & superiori labro proprius.

I Massetereris musculi principium, lato quem iam describam, musculo non obtectum.

Γ Musculus carnosa constans membrana, & præcipuus buccarum labiorumque & anterioris colli cutis motuum dux, qui hic corpori in vtroque latere hæret, reliqua carnosæ membranæ parte, quę carnea non efficitur, à corpore resecta. Quod autem ad præsentis musculi fibrarum progressum attinet, K ad L vsque musculi principium notat, è regione ossis pectoris, ac mediæ clauiculæ sedis ossi pectoris proximæ incipiens, cuius fibræ recto tramite sursum ad M exporriguntur. Ab L vero ad N, principij pars notatur, è regione reliquæ sedis clauiculæ & summi humeri sede incipiens, cuius fibræ obliquè sursum in anteriora porriguntur. Deinde & si ea musculi pars non sese spectandam offerat, quæ in posteriori ceruicis sede consistit, nihilominus O ad auris radicem positum, transuersas fibras illinc prorepentes vtcunque ostendit. Quare etiam in musculi lateribus describendis, primum latus tibi fingendum est ab N ad O, secundum ab O ad H. K verò per L ad N, tertium indicabit latus. A K autem ad M quartum habes latus. Intensius enim nigricans linea, à K ad M ducta, dextri musculi cum sinistro interstitij loco habenda est.

K, L

M

N

O

P Brachium attollens musculus, quem hic in anteriore corporis facie L, N & Q propemodum circumscribunt, is enim inferiùs quàm Q consistat, sua insertione prorepit.

Q Musculus brachium pectori adducens, qui in sequenti tabula simul hic venit inspiciendus, ibidem namque ab initijs liberatus, Δ perinde notatur, ijsdem ferè characteribus inibi atque hic ita circumscribitur. K ad L vsq; principij ipsius pars, à clauicula principium ducens. K verò ad R principij pars est, ex media latitudine ossis pectoris pronata. Quinetiam R notat musculi membraneam partem, quæ ad mucronatæ cartilaginis latus, obliquè descendẽtis musculi abdominis neruosæ tenuitati exporrigitur. S autẽ significat carneam musculi partem, à sextæ & septimæ costarũ cartilaginibus, propter obliquè descendentem abdominis musculum peculiariter pronatam. Q præsentis musculi insertionis index est, qua inter brachium attollentem (qui P notatur) & priorem cubitum flectentium Z indicandum, in humerum

R

S

inſeritur. Porrò ſi latera ipſius, & fibrarum inſertionem inuieri animus ſit, ſequentem etiam inſpicito tabulam, quæ præſentis muſculi inſertio-
T nem, Q & T notatam exhibet, quo ad hunc modum huius illiusque tabularum characteribus ſimul iunctis, quinque muſculi latera metiaris. Primum à K ad L. Secundum à K ad R. Tertium ab L ad Q. Quartum ab R ad T, quod ſubſequens oſtendit tabula, in præſenti interim lata muſculi inſertione occultata. Atque hinc etiam quintum quoque latus, à Q ad T pertinens, in quarta tabula duntaxat eſt conſpicuum.

V Muſculus brachium deorſum trahens

5,6,7,8 His numeris, inſertiones muſculi thoracem mouentium ſecundi notantur, quę coſtis inſeruntur, quarum regio quum his numeris exprimitur, elatiſſimam inſertionem in quintam fieri coſtam promptè colligis.

o Abdominis muſculus obliquè deſcendens, qui cum ſuo coniuge vniuerſam abdominis ſedem cooperit, magnam quoque thoracis ſedem integens. Exortus præſentis muſculi numeris indicatur, quibus ſecundi thoracem mouentis muſculi inſertiones ſignificantur. Cæterùm R ad X albam oſtendit lineam, quam aliter ſimplici colore exprimere non datur, & omnium exemplarium tabulas ſuis coloribus diſtinguere eſſet quidem operæprecium, vt membranea pars à carnea promptiſſimè diſtingueretur, verùm ſumptus quibuſdam eſſet non admodum mediocris.

X Penis ſua cute, quam præputium vulgo vocant, liberatus, in quo ducitur recta linea, duorum ipſum conſtituentium corporum coitum indicans, quæ ſubſequens tabula ſub q oſtendit diſſecta, verum horum naturam omnium lucidiſſimè tabula docet muſculorum poſtrema.

Y Vaſa ſeminaria ſua adhuc tunica, quam peritonæum educit, intecta.

Z Muſculus anterior cubitum flectentium.

a & a Poſterior cubitum flectentium.

b In interno brachij latere b occultatur, notans muſculum cubitum extendentem, qui ab humiliori ſcapulæ coſta principium ſumit.

c Muſculus bicorni tendine brachiale extendens.

d Muſculus radium in ſupinum ducens, ac inferiori radij appendici implantatus.

e Superior radium in pronum mouentium muſculus.

Λ Muſculus brachiale flectentium alter, poſtbra-
f,g,h chiali ante indicem inſertus. Ac f ipſius notat principium g tendinis ex muſculi ventre exortum, h ſedem, qua tendo negligentiùs ſecanti deſinere putaretur.

ri Muſculus latum ſummæ manus producens tendi-
i,k,l nem, cuius caput i indicatur, tendinis autem ipſius principium k. At l locum inſinuat, vbi tendo primùm dilateſcere incipit.

m Muſculus alter inferiorque brachiale flectentium.

n Hic obſcurè videtur portio muſculorum, quorum alterum brachiali, alterum verò pollici tendines offert.

o Excarnis primi pollicis internodij ſedes.

p Muſculus ab indice pollicem remotiſſimè abducens.

q Inſignior duorum primum pollicis os flectentium.

r Muſculus minimum digitum maximè à reliquis amouens, ac in ſequenti tabula ϗ inſignitus.

Σ In dextro crure primus notatur tibiæ motus opi-
ſ,t,u fex cuius initium ſ inſignitur, t tendinis illius
2,3 principium, u eiuſdem inſertio. Cæterùm character 2, inſertionem ſecundi notat tibiam mouentis muſculi, 3 verò inſertionem tertij.

Φ Sextus tibiam mouentium muſculus, cuius principium notat, x, y verò ſedem, vbi carnoſus eſſe deſinit, membranæque modo toti femoris amplitudini obducitur. Haud licuit aliter ipſius tendinem membranamúe exprimere, quàm hic modo in vtroque femore obſeruatur, in quo tenuiſſimam ipſius partem, interiori femoris ſedi obductam, veluti laceram membranam diſſecuimus, vt ſectio aliquantiſper membranę naturam commonſtraret. Quicquid enim ad externum inæqualis illius lineæ ſectionisúe latus habetur, ipſa adhuc eſt ſexti muſculi membrana ſeu tendo.

α Muſculus tibiam mouentium nonus.

β Octauus tibiam mouentium, magis in ſiniſtro crure, quàm in dextro, à ſexto tibiæ motuum autore derectus muſculo. Septimo vero tibiam mouenti, characterem non adhibui, quod vniuerſus ſexto adhuc obtegatur. Quanquam Φ illum quoque inſinuare poſſit, quum ſexti muſculi membrana non eam attingat craſſitiem, qua ſubditorum muſculorum effigiem obliterare queat.

γ In inguinum regione indicantur muſculi, quos femur mouentium ſextum & ſeptimum recenſebimus.
Cæterùm γ glandulas quoque inſinuat inguinum vnà cum ſinu, ex quo vaſa crus petentia reſecui.

δ Muſculus femoris motorum octauus.

ε Muſculus tibiæ motus opificum ſecundus, cuius tendinem character 2 commonſtrat.

ζ,ϗ Excarnis tibiæ oſſis pars, verùm ϗ priuatim internum notat malleolum.

Ψ Sextus pedem mouentium muſculus, cuius exor-
θ,x tum θ indicat, x autem principium ſui tendinis, cuius ductus citra characterum appoſitionem manifeſtus eſt, quanquam ξ inſertionis quaſi ipſius ſedem oſtendat.

λ Muſculus ſeptimus pedem mouentium.

μ Muſculus pollicem extendentis tendo.

ν Muſculus quatuor digitos extendens.

ξ Muſculus pollicem à cæteris digitis in internum latus abducens.

ο Tranſuerſum ligamen in anteriori tibiæ ſede poſitum, ac facta ſectione in latera reflexum.

π Tendo bicornis muſculi pedem mouentium noni.

ρ Primus pedem mouentium.

σ Pedis motorum quartus.

τ Longiſſimus graciliſque tendo, à tertio pedis motus autore productus muſculo.

υ Muſculus tertium quatuor digitorum os flectens.

φ Pedem mouentium quintus.

PRAE-

# CHARACTERVM QVARTAE MVSCVLORVM tabulæ index.

h.

DRAESENS tabula quam plurimos præcedentis tabulæ muſculos ſectionis ſerie ademptos commonſtrat, & deinde pleroſque, qui prioribus figuris nondum in conſpectum venêre, videndos offert. quod omnes ad octauam vſque muſculorum tabulam ſubſequentes tantiſper præſtabunt, dum oſſa anteriori facie nuda conſpiciãtur.

r Muſculus temporalis, cuius principium ſemicirculo non abſimile, A, B & C circunſcribitur.

D Oſſis iugalis externa ſedes, quæ excarnis eſt.

ʌ Maſſeter. E huius muſculi principium à mala ex-

E,F ortum. F principij ipſius portio auri proxima. Cæterùm ab E ad F totus ipſius principij ductus ſecundum iugalis oſſis longitudinem metitur.

G G infima muſculi inſertionis ſedes notatur. Porrò ſi triangulo hunc aſſimilare lubet, E, F & G tres angulos tibi proponere finges.

H Neruulus minoris radicis tertij paris neruorũ cerebri, hâc frontis muſculoſam compaginẽ petẽs.

I Neruulus dictę modò radicis ad ſuperius labrum, & externam alæ naſi ſedem propagatus.

K Cartilago in quam ſiniſtrum naſi os deſinit.

L Ala naſi ſiniſtra dictæ modò cartilaginis extremo alligata incumbensque. Inter K & L narium cute iam ablata cum quibuſdam membraneis ligamentis, in conſpectum venit interior alæ naſi muſculus nimi ſquam tenuis.

M Muſculus à ſuperiori maxilla in inferiorem inſertus, ac buccas mouentium vnus.

N Muſculus ſiniſter inferiori labro peculiaris, cuius ſanè corpus minori negocio, quàm multiplex ipſius fibrarum interſectio delineari poteſt, quod etiam in muſculo M notato vſu venit. Auris autem foramen citra O appoſitionem ſeſe oſtendit, vti etiam auris radici ſubditæ glandulæ hunc characterem quodammodo exprimentes.

O Vix coſpicua eſt eius muſculi portio, qui inferiorem maxillam deorſum vellit.

P Hac ſede os reponitur ν imaginem referens.

Q Muſculus à temporum oſſis proceſſu ſtyli formam imitante enatus, ac oſſi ν ſimili inſertus.

R Muſculus ſiniſter ab inferiori maxilla in os ν referens, inſertionem tentans, cuius coniunx nonnihil quoque hic ſe ſpectandum præbet.

S,T Dexter & ſiniſter oſſis ν imaginem exprimentis muſculi, à pectoris oſſis ſummo pronati.

V,V Muſculus gracilis & longus, qui à ſuperiori ſcapulæ coſta oſſi ν referenti implantatur.

ø Muſculus capitis motibus ſubſeruiens, qui ab oſſe

X pectoris principium X notatum ſumit, deinde a-

Y liam partem Y indicatam, à clauiculæ ſede pectoris oſſi proxima.

Ż Cæterùm Z inſertionem ipſius inſinuat, qua vniuerſum mammillarem capitis proceſſum amplexatur.

a Clauicula magna ex parte anteriori ipſius ſede excarnis.

b Muſculi ſcapulam mouentium ſecundi inſertio.

c Muſculorum hîc magnam obſcuritatem parium vaſa caput adeuntia, & nerui in brachium excurrentes.

d Muſculus à clauicula in primam thoracis coſtam inſertus, ac thoracem mouentium primus.

ē Muſculi brachium attollentis anterior pars, poſteriorem decima oſtendit tabula adhuc in ſua ſede repoſitam, ac ∆ præcipuè inſignitam. Proximè autem ſequens tabula anteriorem hanc partem ab exortu liberam reflexamque, ac γ notatam commonſtrat.

e,f,g Porrò in præſenti figura e, f, & g conſpicuam hîc muſculi brachium attollentis partem, trianguli ritu deſcribunt.

h Muſculi brachium pectori adducentis inſertio,

Q,T quam in dextro brachio Q & T notaui, & ipſi mu-

ʌ ſculo ʌ quoque impoſui, quo hi characteres ad præcedentis tabulæ notas referantur, ad quam

K L R quoque K, L, & R ſpectant.

i Pectoris os liberum ab initijs muſculorum brachia pectori adducentium.

2,3,4 Secunda, tertia & quarta thoracis coſtæ, ad quas reliquæ ſeriatim ſubſequuntur, atque in harum interuallis exteriores muſculi intercoſtales ſunt obuij. Lineæ autem in coſtis ductæ, atque ad characterum ſiniſtram conſiſtentes, oſſa coſtarum ab earundem cartilaginibus determinant, ſunt enim illæ notæ cartilaginibus inſcriptæ.

k Muſculus ſcapulam mouentium primus.

l Muſculus thoracem mouentium ſecundus.

m In dextra axilla m latitat, muſculum notans, quo brachium deorſum trahitur.

n Dextri lateris rectus abdominis muſculus, hîc altiùs quàm obliquè aſcendentis muſculi neruoſa tenuitas conſcendens.

o Abdominis muſculus obliquè deſcendens, quem hîc in poſteriora ab abdomine reflexum finximus.

n Abdominis muſculus obliquè aſcendens, ac totam, vti conſpicis, ſui lateris abdominis ſedem amplectens, quem quodammodo circunſcribunt o, n, p, q, & linea ſecundùm inferiorem abdominis ſedem ad ilium os, & coxendicis, & pubis ducta.

p,q Portio obliquorum abdominis muſculorum deſcendentium, quæ ad albam in abdomine apparentem lineam eſt relicta. Cæterùm q priuatim ſignificat penis conſtructionem, qui ad pubis os, quà primùm flaccidus, deorſum denuo propendet, diſſectus eſt. Duo itaque velut inſigniores circuli, duo ipſius ſunt corpora, circulus autem ſub illis conſiſtens, meatus eſt vrinæ ſeminique communis.

r Vaſa ſeminaria, quæ hîc priuatim enarrare non propoſui, quemadmodum etiam neque teſtis

ſ muſculum, cui vt à vaſis diſtingueretur, ſ aſſcripſi.

t Muſculus cubitum flectentium anterior, cuius interioris principij carnoſæ parti nullum adhibui characterem, quum is hic, vti neque in ſequenti tabula, adhuc auferri non poſſit. Interuallum autem inter duo ipſius apparens principia, humeri ſeu brachij os exiſtit.

u Musculus cubitum extendens, cui ab humiliori scapulæ costa principium præbetur.
τ,x Posterior cubitum flectentium musculus.
y Musculus superior radium in pronum ducētium.
α Radium in supinum agentium longior.
β Musculus quatuor digitorum secundos flectens articulos.
Σ Musculus vlnæ exporrectus, & brachiale flectēs.
γ ipsius caput. δ ipsius insertio.
ε Musculus alter brachiale flectens, hîcque deorsum dependens.
ζ Musculus primum parui digiti internodium versus exteriora flectens.
η Hîc musculus propendet, paruum digitum à reliquis in externum latus abducens.
θ Transuersum ligamen in interna brachialis sede obuium, tendinibusque hâc repentibus obductum.
ι Musculus maior, primum pollicis os flectentium.
κ Propendet hîc musculus, cuius beneficio pollicem ab indice maximè remouemus.
λ Latus summe manus tendo vnà cum ipsius tendine, à summis quatuor digitorum aciebus in dextra manu dependens. Præterea hîc in vtriusque manus vola tendines occurrunt mucosis membranis induti, atque ad digitos protensi.
μ Secundus femur mouentium musculus.
ν Primus femur mouentium musculus.
ξ Ossis sacri ossis dextro lateri commissi sedes, à qua primum & sextum tibiam mouentes resecuimus.
& Charactere & sedes insignitur maioris exterioris-que femoris processus.
Φ Nonus tibiam mouentium musculus, cuius initium supra coxendicis articulum incipiens
ο notatur, ϖ verò tendinis ipsius principium, ρ sedes indicatur, qua præsentis musculi tendo subditis connascitur tendinibus.
σ Musculus femur mouentium septimus.
τ Musculus femur mouentium sextus.
υ In sinistro femore musculus υ insignitur, femur mouentium octauus.
φ Quinti femoris motui seruientium.
χ Secundus tibiam mouentium.
ψ Octauus tibiam mouentium.
ω Septimus tibiam mouentium musculus, in dextro femore insignitus, quòd ibidem is sit conspectior.
2,3 Primus tibiam mouentium musculus. 3 Sextus tibiam mouentium, 4 Sextus pedem mouentium musculus, vna vt duo præcedentes, ab insertione pendens. Cæterùm in sinistro crure etiam obseruatur primi tibiam mouentium, & huius sexti pedem mouentium insertionis portio,
5,6 huius quidem insertioni charactere 6, illius verò 5 insignito.
7 Septimus pedem mouentium musculus.
8,9 Excarnis tibiæ ossis pars, à cuius externo latere sextus pedem mouentium musculus ablatus est. Verum 9 priuatim interiorem notat malleolum.
10,10 Musculus quatuor pedis extendens digitos. 10 ipsius exortus insignitur. 11 verò ipsius sedes qua portionem suam emittit, quam noni pedem mouentis musculi loco numerabimus, & hîc ω notauimus.
12 Musculi ϒ insigniti sedes, quatuor tendines, quibus quatuor digiti extenduntur, pullulans. Ω vti & iam paulò antè scripsi, musculus notatur inter pedis motores nonus, qui bicorni tendine insertionem 13 notatam tentat.
14 Musculus pollicem extendens.
15 Musculus pedem mouentium octauus.
16 Musculus pedem mouentium secundus. Reliquos autem in posteriori tibiæ sede non notabimus, quòd eadem hîc cum tribus tabulis præcedentibus sit ratio.

## *CHARACTERVM QVINTAE MVSCVLORUM tabulæ index.* J.

A B C D
FORAMEN quo neruulus tertij paris neruorum cerebri, frontis musculum petit.
Temporalis musculus.
Hîc magna ossis iugalis portio excæta est, vt temporalis cum massetere, quem D insigniuimus, coitus in cōspectum veniret.

E Foramen quo surculus tertij paris neruorum cerebri, ad superius labrum, & alas nasi deducitur.
F Amplus musculus à superiori maxilla in inferiorem productus, ac buccarum motibus seruiens.
G Nerui vtrinque ad hunc characterem occurrentes, labro inferiori exporriguntur. Cæterùm superior characteris sedes, fungosam labrorum substantiam insinuat ad vtrunque labrum conspicuam.
H,I Musculus inferiorem maxillam deorsum trahens. Singuli characteres singulos eius musculi ventres notant, in quorum medio excarnis musculi pars consistit.
K Portio musculi caput mouentis, ac à pectoris osse & clauicula, mammillari processui insertus.
L Os υ imaginem referens.
M Primus & secundus linguæ musculi, ab osse hyoide pronati.
N Laryngis cartilago scutum referens, & iam narrandis musculis adhuc obtecta.
O Dexter duorum musculorum ab osse υ referente, in cartilaginem scuto similem insertorum.
P Dexter musculorum, qui à pectoris osse scutum imitanti laryngis cartilagini inseruntur. Ad huius musculi exterius latus, congeries visitur soporariæ arteriæ, interioris venæ iugularis, & sexti cerebri neruorum paris.
Q Asperæ arteriæ anterior sedes.
R,S Musculus ossi υ imaginem exprimenti proprius, & à scapulæ superiori costa enatus. singuli characteres singulos ipsius indicant ventres. Pars autem in horum medio consistens, eius musculi pars est, tendinis substantiæ non absimilis.
T Portio musculorum secundi paris caput mouentium.
V Tertius scapulam mouentium musculus.



Dextri

# CHARACTERVM QVINTAE MVSCVLORVM tabulæ index.

Y Dextri lateris clauiculam hîc à pectoris osse auulsimus, adhuc summo humero connexam, & sibi adhuc musculum seruantem, qui thoracis
Z motorum primus numerabitur, hicque Z insignitur.

a Summus humerus, seu scapulæ elatior processus.

b Interior demissiorúe scapulæ processus.

c Ligamentum huius articuli peculiarium quartum ab interiori scapulæ processu summum humerum petens.

d Ligamentum teres ab apice interioris scapulæ processus, in anteriorem sedem externi capitis humeri insertum, ac huius articuli primum.

e Aliud teres ligamentum, ex eminentissima scapulæ acetabuli sede, ad externum quoque humeri caput procedens, atque huius articuli ligamentorum secundum.

f Hac sede duo ligamenta, d & e insignita, suis lateribus vniuntur, & velut transuersum efformant ligamentum, transmittens caput externum musculi cubitum flectentium anterioris, ac mox ζ notandi.

g Pectoris os, cui septem superiorum costarum cartilagines vtrinque connectuntur.

h Prima thoracis costa. Reliquæ dein etiam vnà cum interuallis citra characterum opem sunt conspicuæ.

r Musculus scapulam mouentium primus. i & k
i,k,l huius musculi principium notant, quandam manus speciem perinde, ac musculus ipsi succumbens, & m insignitus repræsentans. l tendinem præsentis musculi indicat. Porro i, k & l simul huius musculi trianguli speciem quodammodo ostendunt.

m Musculus qui à scapulæ basi pronatus, octo superioribus thoracis costis inseritur.

Δ Dexter rectorum abdominis musculorum. n carn,o neum recti abdominis musculi principium triangulo non absimile. o principium eiusdem musculi neruum, penè vniuersum efformans musp,q lum. Toto interuallo à p ad q pertinente, recti musculi internis suis lateribus se inuicem contingunt. Tota autem sede supra q, aut supra vmbilicum consistente, tanto magis musculi mutuò seiunguntur, quanto altius conscendunt. Cæterùm q notabit etiam obliquorum abdominis musculorum neruosæ tenuitatis, ad transuersum abdominis musculum hac in parte connexùm.

r Hæc linea carneam recti musculi partem finit, quæ vltima ipsius insertionis in homine est portio, vti in 4 tab. ad characterem n est cernere.

s Intercapedine igitur ab r ad s, hîc notatur recti similiæ abdominis musculi tendo seu membrana,

t excarnisúe musculi pars. t autem indicat carneam musculi sedem primæ costæ & secundæ thoracis insertam.

ϖ,ϖ,u Inscriptiones, seu neruea delineamenta, transuersim recto musculo impressa, quibus obliquè ascendentis musculi neruosa exilitas pertinacissimè connascitur.

x Linea hæc portiunculam notat obliquè ascendentis musculi, qua is transuerso abdominis musculo inibi adeò validè committitur, vt interdiu secandum nisi relicto eiusmodi signo, à transuerso liberari nequeat.

y Transuersus abdominis musculus.

α Obliquè ascendens abdominis musculus ab abdomine reflexus.

β Vasorum seminalium portio. Cæterùm tres illi quodammodo circuli ad rectorum musculorum radicem seu iuxta n, & o ac p conspicui idem notant, quod in mox præcedente tabula, abscisi nimirum penis constructionem ac naturam.

γ Reuersa est musculi brachium attollentis anterior pars.

δ In sinistro brachio insertionis pars adhuc reliqua est musculi brachium attollentis.

ε Excarnis humeri pars, inter duo capita apparens musculi cubitum flectentium anterioris.

ζ Cubitum flectentium musculus anterior.

η Musculus cubiti extensionis autor, cuius principium ab inferiori scapulæ costa pronascitur.

θ,θ Posterior musculus cubitum flectentium.

ι Superior musculus eorum, qui radium in pronum agunt.

κ Radium mouentium longissimus, cuius auxilio radius in supinum ducitur.

ϖ Quatuor digitorum secundum os flectens musculus. λ ipsius principium sub musculo radio pecuλ,μ liari, & ι notato, reconditum. μ musculi huius in quatuor carneas partes distributio, quæ postmodum in singulos tendines degenerant.

ν,ξ Transuersum interioris brachialis sedis ligamentum, longa sectione diuisum, & vtrinque in latus reflexum. Verùm præterea ν musculum priorem primum pollicis os flectentium commonstrat, ξ autem musculum, cuius ope primum parui digiti internodium extrorsum flectitur. Porrò quod ad quatuor tendinum, secundum quatuor digitorum os flectentium seriem attinet, omnia sunt conspicua, quamuis interim indici & paruo,

ο huius indicationis gratia ο inscripserim.

π Nonnihil hîc sese offert musculus, quatuor digitorum tertium flectens os.

ϱ Portio musculi tertium pollicis internodium flectentis, qui in sinistro cubito est conspectior.

ϱ Musculus vlnæ exporrectus, quo brachiale flecti tur.

σ Secundus femur mouentium musculus.

τ Apparet hîc obscurè femoris caput coxendicis ossis sinum subiens, & ligamento obductum, sed
τ in hoc præcipuè adhibetur, vt ceruix, seu collum femoris hîc indicetur.

υ Femoris magnus exteriorúe processus.

φ Femur mouentium septimus.

χ Femur mouentium sextus.

ψ Femur mouentium octauus.

ω Quintus femur mouentium musculus.

Λ Septimus tibiam mouentium musculus. 2 ipsius
2,3 amplum principium à radice magni femoris processus enatum. 3 hîc in tendinem latum desinit cum octaui & noni musculorum tibiam mo-
4 uentium tendinibus commixtum vnitumque. 4 hæc linea illum in anteriori femoris sede terminat, vbi octauus musculus ipsi primùm subijci incipit.

Ξ Octauus tibiam mouentium musculus.
ΙΙ Octauum quoque tibiam mouentium musculũ indicat, sed priuatim sinum ostendit, cui nonus tibiam mouentium musculus insidebat, qui hic
σ propendens σ insignitur. Maximam itaque sinus sedem octauus musculus constituit, verùm septimus eius tantam portionem efformat, quanta à linea 4. insignita ad vmbram septimi musculi vsque protenditur, ita sanè, vt ab vtriusque musculis sinus iste consurgat. (cundus.
b Hic propendet musculus tibiam mouentium se-
Σ In hac tibia, tibiæ os anteriori sede prorsus excarne cernitur. Supereſt enim hic duntaxat ex omnibus musculis illi adnatis, musculus pedis pollicẽ
Φ extendens, & modò Φ insignitus, cuius tendini 7.
7 inscriptum conspicis.
8 Septimus pedem mouentium musculus.
9 Octauus pedem mouentium.
Ψ Carnea moles in superiori pedis sede reposita, quæ in quatuor carneas partes digesta, quatuor educit tendines, & pollicem, & tres ipsi proximos digitos in latus externum mouet.
Ω Hic prosternitur musculus quatuor extendens digitos, vnà cum ipsius portione, quam noni pedẽ mouentium musculi vice recensuimus, accui iã
& & inscriptum cernis. Musculis posteriorem tibię sedem occupantibus nullos adhibui characteres, quòd ipsorum eadem cum præcedentibus tabulis adhuc sit series & copia. Atq; hac etiam occasione excarnes tibiæ ossis & fibulæ sedes, innotatas conspicis, quòd scilicet ex prioribus tabulis iam pridem has didiceris.

K. *SEXTAE MVSCVLORVM TABVLAE characterum index.*

A EXTAE tabulæ caput in posteriora reflexum est, & maxillam inferiorem in summo mento diuisam & vtrinque in latera deductam refert. Hic iugalis ossis portionem exsecui.
Verùm A præterea insinuat, temporalis musculi acutum inferioris maxillæ processum insertionem.
B Acutus maxillæ inferioris processus.
C Sinistra maxillæ inferioris pars.
D Musculus in ore delitescens, qui internæ inferioris maxillæ sedi, vbi latissima est, inseritur.
E Gurgulio à palati fine propendens.
F Glandula sinistra amygdalæ non absimilis, ac eminentissimæ laryngis sedi apposita.
G Lingua. Verùm superior characteris pars, laryngis operculo est contermina.
H Hac sede plures capitis & ceruicis motibus famulantes musculi confunduntur.
I Musculus inferiorem maxillam deorsum trahẽs, hic ab exortu pendet.
K Tertius musculus scapulam mouentium.
L Glandula sinistro laryngis radicis lateri adnata.
M Aspera arteria.
N Hæc congeries est vasorum & neruorũ lateribus asperæ arteriæ exporrectorum, quãquam & musculi dorsum mouentium primi aliqua ex parte se ostendant.
T Quoniam hanc pectoris colliq; sedem, illi similem delineari oportuisset, quam sequens ostẽdit tabula, non absre fore duxi ex cane hunc Galeni musculum exprimere, qui à transuersis vertebra-
O rum ceruicis processibus originem O notatã ducens, ad quartam vsque costam carnosus fertur,
P vbi P notatus, in membraneum cessat tendinem
Q Q insignitum, & deorsum ad aliquot costas adhuc pertinentem.
R Musculus à scapulæ basi principium ducens, thoracemq; mouentium secundus. Pectoris os citra characterum impositionem conspicuũ est, quẽadmodum & costæ, & earundem interualla vnà cum exterioribus musculis intercostalibus. Quò
S tamen meliùs singula expendas, significet S ter-
T, V tiæ costæ os T tertię costę cartilaginem. V musculum exteriorem intercostalium, in tertiæ & secũdæ costarũ interuallo repositũ, cuius fibræ deor-
X sum in priora ferũtur. X verò denotabit exteriorem intercostalium musculum, inter secundæ & tertiæ costarum cartilagines conspicuum, cuius fibræ sursum in anteriora prorepunt.
a Arteria & vena, sub pectoris osse deorsum ad abdominis superiora propagatę.
A Transuersus abdominis musculus, quem costarũ ductus seu fines, & ossis sacri ossis sinistro lateri commissi regio, abundè hic circunscribũt. Cęte-
b rùm b sedem notat, qua obliquè ascendentis musculi tendo, abdominis trãsuerso pertinacissimè
c adnascitur, priusquam rectum conscendat. cautẽ indicat asperitatem, quam musculorum obliquè ductorum cum transuersis musculis cõnexus inibi molitur, vti recti musculi supra vmbilici sedẽ, versus pectoris os mutuò dehiscunt.
d Foramen vasis seminarijs virorũ viam præbens.
e Vena & arteria, in rectos abdominis musculos, conterminasque sedes excurrentes.
f Hic sinistri lateris rectus abdominis musculus, à pubis osse dependet.
g Spina ossis ilium, carnosis partibus duorum obliquorum abdominis musculorum liberata.
h Scapulis & sinistro brachio mentem accommoda, ibidem namque h superiorem notat scapulæ angulum, cui musculus K insignitus inseritur, deinde & superiorem quoque scapulæ costam h eadem opera tibi indicare poterit.
i Summus humerus, seu scapulæ elatior processus.
k Musculus brachium mouentium quintus.
l Interior scapulæ processus, anchoræ imaginẽ referens.
o Musculus anterior cubitum, flectẽtium, cuius exterius caput, quod à scapulæ acetabuli supercilio
m ,n nascitur, m notat, n verò indicat internum caput ab interiori scapulæ processu enatum. Quo tamẽ huius capitis neruea m partem à carnea exquisitiùs discernas, huius tabulæ dextrum brachium
o spectabis, in quo n neruea m partem denotat, o autẽ carneam. At non hęc duntaxat tabula eas commonstrat partes, imò priores ad vnũ omnes. Cę-

# CHARACTERVM SEXTAE MVSCVLORVM tabulæ index.

p, q terũm p duorum capitum coitum indicat, q verò tendinis, quem musculus hîc educit, principium.

r, r Musculus posterior cubitum flectentium.

ſ Musculus cubiti extensionis autor, cuius principium ab humiliori scapulæ costa enascitur.

Λ Musculus radium mouentium longissimus, cuius altissimam partem, quæ hîc oculis subijci potest,

t, u t indicat. u autem præsentis musculi insertionem notat, quam in inferiorem radij appendicem molitur.

x Musculus superior duorum, qui radium in pronũ ducunt.

ƺ Musculus tertium quatuor digitorum os flectens,

α, β & α quidem huius musculi caput insinuat. β autẽ sedem indicat, qua musculus in quatuor partes carneas discinditur, qui singulos postmodũ porrigunt tendines. Porrò qua ratione ad tertium vsque digitorum internodium tendines huius musculi porrigantur, & incumbentis musculi tendines transeant, hîc in vtraq; manu est conspicuũ.

γ, δ Sit tamen doctrinæ gratia γ tendo tertium medij digiti os accedens, δ autem tendo, qui secundum os flectit.

ε Musculus secundum quatuor digitorum flectens articulum.

ζ, ζ Hos characteres referre oportet ad quatuor musculos, quorum beneficio quatuor digiti adducuntur pollici, atque hi interno lateri tendinum tertium os flectentium exporriguntur.

η, θ Musculus tertium pollicis os flectens, η notatur. θ autem ipsius tendinem proponit, inter musculos primum pollicis os flectentes, & eos qui secundũ pollicis os flectunt, prorepentem.

ϰ Musculus maior primum pollicis os flectentiũ, hîc ab insertione dependet.

λ Musculus minor primum pollicis os flectens, qui sub maiori ϰ indicato recondebatur. Inter λ verò & ϰ, primũ pollicis os nudũ excarneque apparet.

μ Musculus primum parui digiti os versus exteriora flectens. Tuberculum verò ante huius musculi initium apparens, vlnæ est sedes, qua validiorem ligamenti exporrigit portionem brachiale cubito colligantis.

ν Tertius femur mouentium musculus.

ξ Magnus femoris ossis processus.

ο Musculus femur mouentium septimus.

ϖ Musculus femur mouentium sextus.

ϱ Musculus femur mouentium octauus.

σ Quintus femur mouẽtium musculus.

π Octauus tibiam mouẽtium musculus, vniuersum

τ femoris os quodam modo amplectens. τ insinuatur amplum huius musculi principium, à radice magni femoris processus, & ipsius collo enatum. Deinde priuatim indicat sinus illius portionẽ, quo nonus tibiam mouens musculus continetur, atque hic sinus in dextro crure est conspicuus, quemadmodum & carnosæ musculi partis ter-

υ minus, qui instar semiglobi extuberãs hîc υ insignitur.

φ Dependet hîc musculus tibiam mouentium septimus, cuius cauitas argumento est, qui octauum tibiam mouentium amplexetur musculũ, & qui horum tendines vnà coëant. Quod vt cõmodiùs expẽderes, in dextro genu septimus musculus adeò ab octaui musculi tendine dissectus

* est, vt & molæ pars ibidẽ in conspectum veniat * notata.

χ, ↓ Hæc sedes ad vndecimam musculorum tabulam potissimum refertur, quæ ostendit portionem quarti tibiam mouentis musculi ex femoris osse pronatam. atque hîc χ notat quarti musculi sedẽ ipsius insertioni proxima ↓ autem eam partem absectam ostendit, cui coxendicis ossis appendix

Σ principium præbet in sinistra tibia totum externum tibiæ ossis latus conspicuum est. Id dico latus, quod ad externam sedem ex carnis etiam ante sectionem partis habetur, quam & dextra tibia totam oculis subijcit. Cæterùm Σ priuatim notat ligamentum tibiæ, os & fibulam, quà hæc inuicẽ

ω dehiscunt, intercedens. ω autem externum notat malleolum, & partem fibulæ excarnem.

Φ Musculus pedem mouentium septimus. 2 ipsius

2, 5 exortum indicat. 5 tendinis principium, quod anteriori & posteriori parte, ac dein interiùs, quà fi-

4, 3 bulam spectat, carne adnutritur. 4 itaque partem notat anteriorem carneam, 3 verò posteriorem.

↓ Octauus musculus pedem mouentium, magna

6 sui portione sub septimo occultatus. 6 huius musculi tendo, ad posteriorem exterius maleoli sedem reflexus.

Ω Musculosa moles, cuius beneficio pollex & tres ipsi proximi digiti in externum latus ducuntur.

7 Hîc procumbit musculus pollicem extendens.

8 Musculus paruum digitum in exteriora abducẽs hac sede obuius est.

9 Secundus musculus pedem mouentium.

In dextræ tibiæ posteriori sede nullas adhibui notas, quod musculos hac sede delineatos, omnes quæ hactenus præcesserunt, tabulæ ostenderint. Vnde si & hîc pariter notas requires, opportunè has à prima, secunda & tertia tabulis petes. Verũ ga in sequẽti tabula musculus illi depẽdet, à quo pollex introrsum mouetur, huic in præsenti ta-

χ bula χ inscripsi.

## *SEPTIMAE MVSCVLORVM TABVLAE characterum index.* L

SEPTIMA musculorũ tabula laxato fune, à quo interpingendum pendebat, in posteriora tantũ procidit, quantum vidẽdo sepro transuerso sufficit. quod etiam in præsenti tabula ad sinistram ea forma appictum cernis, qua exectum, parietique suo lentore hærens nobis apparuit. Quo minus autẽ dextra scapula effractæ alæ ritu in deorsum decumberet, illam funiculo ita suspẽdimus, vt ipsius cauum in conspectu sit.

A Gurgulio indicatur à palati termino propendẽs, inferiori interim maxilla prorsus amota.

B Aliquot cerui cis vertebrarum corpora.
C, D Primum per dorſum mouentium.
E Stomachi ſeu gulæ pars ſub aſpera latitans arte-
F ria, quam F notauimus. Cæterùm vaſa, quæ vtrin-
que ad huius latera habentur congeries eſt, quam ſepotales efficiunt arteriæ cum internis iugula-
ribus venis, & ſexto neruorum cerebri coniu-
gio.
G Muſculus alter ſecundi paris dorſum mouen-
tium.
H Scapulam mouentium tertius.
I Muſculus brachium mouentium quintus.
K Muſculus brachium mouentium ſextus, cuius in
K ſertio K inſignitur. reliquaq; ipſius forma ex ſca-
pulę imagine deprehenditur. quanquam ſi præ-
ſentis muſculi triangularem figuram volueris
conſtituere, licebit K, L & L ſimul conferre.
L, L Muſculus thoracem mouentium ſecundus.
M Brachium agentium tertius.
N, N Muſculus cubitum extendentium, cuius initium
ſuperiori N inſignitum à ſcapula educitur.
O Portio tendinis muſculi, brachium mouentium
quarti.
P Cubitum flectentium poſterior.
Q Rādium in pronum conſtituentium ſuperior.
R, R Anterior cubitum flectentium.
S Radius.
T Vlna.
V Ligamentum inter radium & vlnam, quà inuicē
dehiſcunt intercedens. (lus.
X Radium in pronum mouentium inferior muſcu
A dextro radio (qui cum vniuerſa extrema manu
Y, Y magis quàm ſiniſtra attollitur) depēdet, longior
radium in ſupinum ducentium.
a Minor primum pollicis os flectentium.
1, 2, 3 Tribus his characteribus muſculi notantur ſecū-
dum pollicis os flectentes.
b Dependet muſculus tertium pollicis internodiū
flectens.
c Muſculus tertij quatuor digitorum oſſis flexus au-
tor, quem ſedulò intuebere, quòd illius tendini-
bus muſculi attrendantur, quatuor digitos pollici
d adducentes, quorum is qui indicem mouet, d in-
ſignitur, perinde ac reliqui tres ab inſertione hæ-
rēs. Quinetiam tendinum ſecundum quatuor di-
gitorum os flectentis muſculi portiones adhuc
e ſeruantur. ac portioni quidem indici propriæ e
inſcripſi, tendini autem tertium indicis os flectē-
f ti f. Cæterùm in dextra manu dictorum maſculo-
g, h rum conſpiciuntur inſertiones. ac g in indice in-
dicat muſculi indicem pollici adducētis. h inſer-
i tionem muſculi ſecundum os flectentis. i inſer-
tionem eius, qui tertij oſſis flectioni præficitur.
Præſentis tabulæ thorax, quod ad intercoſtales
ſpectat muſculos, præcedentis tabulæ thoraci re-
ſpondet, vnde etiam alijs characteribus non ve-
nit obliterandus.
Δ Septum trāſuerſum, cuius membraneus circulus
k, l, m in ſepto extra corpus expāſo circumſcribitur. k l.
n m, n quod verò exteriùs hos characteres ambit,
atque foris (vt ita dicam) exiſtit, fibriſq; interſtin-
o, p guitur, carneam ſepti partem eſſe putato o, p Duo
ligamenta, ſeu tendines ſepti, vertebrarum in lū-
q bis conſiſtentium corporibus inſerti. q Septi ſciſ-
ſura qua ſeptum vertebrarum incumbit corpori-
bus, ac magnam arteriam, venumque coniugis
expertem tranſmittit, aut illis cedit, quarum ori-
ficia q in corpore huius tabulæ poſitum indicat,
quemadmodum & arteriæ ramos in ſeptum ex-
currentes.
r Foramen ſtomacho viam præbens, qui etiam r in
ſ corpore inſignitur. ſ Foramen venæ cauæ caudi-
ci paratum, qui in corpore ſ notatus conſpici-
tur.
t Muſculus femur mouentium ſextus.
u Muſculus dorſum mouentium nonus.
x Femur mouentium ſeptimus.
y Sacrū os hic inſignitur, neruiq; aliquot ab ipſius
medulla educti, obuij ſunt.
α Femur mouentium octauus.
β Quintus femur mouentium.
γ Tibium mouentium octauus.
ε Muſculus pollicem à cæteris digitis amouens.
δ Dependet & hic quoque ab inſertione muſculo-
ſa moles, pollicem & tres ipſi proximos digitos
in externum latus ducens. Quæ verò in præſentis
tabulæ tibijs occurrunt, illis reſpondent, quæ
prioribus tabulis fuere obuia.

## *OCTAVAE MVSCVLORVM TABVLAE characterum index.* M.

HAEC tabularum anteriorem corporis faciē experimentiū poſtrema eſt, muſculos adhuc in anteriori hac ſede obuios, exſectioniſq; ſerie reliquos proponens. Vt verò interiores intercoſtalium oſtenderet muſculos, & eos q in interna thoracis ſede pectoris oſſis attenduntur lateribus, os illud vnà cum coſtarum cartilāginibus exectum, ad dextri cruris latus euerſum, atque ſub dextræ manus indice propoſitum cernis.
A, B Muſculi collum, ſuperioremve dorſi partem flectentes, dorſumque mouentium primum coniugium.
C Muſculus à prima enatus coſta, ac ſecundi dorſum mouentium paris alter.
D, D Exteriores muſculi intercoſtales, in oſſium interuallis conſpicui.
E, E Interiores muſculi intercoſtales, in oſſium interuallis obuij.
F, F Muſculus octo thoracis coſtis inſertus, ipſiuſque motorum ſecundus.
G Vtrinque ſcapula modò ſectionis ſerie, nuda ex-
carniſque eſt, ac ſua ſede dimota.
H Muſculus dependet, brachium antrorſum circumuertens, ſcapulæque cauum occupans.
I Muſculus ſuperiori ſcapulæ baſis angulo inſer-
tus, ipſamque agentium tertius.
r Poſterior cubitum flectentium, cuius principij e-
L, M latior exterior que pars L inſignitur: dimiſſior verò interiosque pars M. Inſertio autem præſentis muſculi N indicatur.

# CHARACTERVM NONAE MVSCVLORVM tabulæ index.

O Radius.
P Vlna.
Q Tendinis muſculi pars cubitum flectentium anterioris.
R Muſculus ab inſertione dependet, radium in pronum mouentium ſuperior.
S Muſculus ab vlna dependet, radium in pronum ducentium inferior.
T,V Sede T inſignita, ligamentum, brachiale ad cubitum nectens, craſſius apparet, vt etiam ſede V. notata.
X Muſculi ab inſertione propendent, ſecundũ pollicis internodium flectentes.
Δ In poſtbrachiali dilucidiùs exprimi nequierunt octo muſculi, quatuor digitorum primos articulos flectentes. Cæterùm dextra manus in latus pi-
Y cta eſt, vt muſculum Y inſignitum offerret, qui primum indicis os introrſum flectit.
Θ Sextus femur mouentium muſculus, cuius initiũ
a,b, è vertebrarum procedens corporibus a inſignitur. b verò ipſius ſedes, vbi tendinem educere incipit.
Λ Septimus femur mouentium muſculus.
Ξ Muſculus dorſum mouentium nouus.
Π Sacrum os, ex cuius anterioribus foraminibus nerui proſilire hic videntur.
Φ Quintus femur mouentium muſculus. Verùm Φ priuatim huius muſculi partem notat poſterio-
c rem, c autem anteriorem.
c Pubis oſſis anterior ſedes, hoc latere ex ſectionis ſerie, carne denudata.
Ψ Muſculus femur mouentium nonus, anteriorem pubis oſſis foraminis ſedem occupans.
Ω In ſiniſtro genu tendines, ſeptimi tibiã moueng,h,i tium muſculi g inſigniti, & octaui h indicati, & noni i notati à genu reflexi ſunt, ac patellam ipſis innatam, ac k inſignitam oculis ſubijciunt.
k,l In dextro autem crure octauus tibiam mouentiũ muſculus, ſolus ab inſertione ac integer depẽdet, l notatus, & patellam ſibi innatam ſeruans, cui k inſcripſimus.
m Tibiæ oſſis anterior ſedes, omni prorſus muſculo libera.
n Fibulæ etiam anterior ſedes, ex diſſectionis ſerie muſculus omnibus denudata.
o Ligamentum notatur inter tibiæ os & fibulã inibi repoſitum, vbi hæ oſſa inuicem dehiſcunt.
* Qui hic ſpectantur muſculi, illi ſunt, quos ſexta muſculorũ tabula expreſſit literis Φ & Ψ. ſeptimus nimirum & octauus pedem mouentium. In ſuperiori pedis ſede modò nulli adhuc reliqui sũt muſculi, oſſaq; duntaxat ligamentis obducta, in conſpectum veniunt. Cęterùm muſculi, qui hactenus in tibię poſteriori ſede fuêre obuij, ſectionis ſerie
ρ,q auferri incipiunt, ac p, q notãt primum ac ſecundum pedem mouentium, à quarto eiuſdem mo-
ſ,t tus auctore muſculo, t inſignito, ad characterem ſpropendentes, quo priuatim notatur tendo tertij pedem mouentis muſculi.
u Muſculi pars hic occurrit, quatuor digitorum tertium articulum flectentis.
x Hic obſcurè ſe offert pedem mouẽtium quintus
* Pectoris oſſis poſterior, ſeu cor ſpectans ſedes.

1,2,3,4,5,6,7. His characteribus ſeptem verarum coſtarũ indicantur cartilagines. Reliquæ autem quatuor cartilagines, octauæ, nonæ, decimæ & vndecimę coſtarum cartilagines ſunt.
ß Muſculus humanum thoracem mouẽtium ſextus.

## NONAE MVSCVLORVM TABVLAE characterum index. N.

DRAESENS tabula omnium poſteriorẽ corporis faciem exprimentium, prima habebitur, hic ordine nona. Si tamẽ anterioribus ſeriatim ac viciſſim poſteriores ſub ſequi velles, poſſet hæc omnium eſſe aut tertia, aut quarta. nullum enim abſectum habet muſculum, præter eos, quos carnea membrana conſtituit, tertiaque tabula obuij ſunt. Præterea tranſuerſa in cubiti externa ſede, iuxta brachiale repoſita ligamenta hic diſſecuimus, quod prima & ſecunda tabulis abundè conſpicua fuerint, hancque tabulam ad diſcipulam prorſus parauerimus.

A Temporalis muſculus.
B Os iugale.
C Maſſetur. Auris verò foramen cum ipſi ſubiectis glandulis, citra characterum ſubſidium eſt obuium.
D Muſculus caput mouentium, à pectoris oſſe, & clauicula enatus, in mammillarem capitis proceſſum inſeritur.
r,Δ Muſculus ſecundo loco inter ſcapulam mouentes recenſendus. Atque huius principium ab oc-
E,F cipitij oſſe pronotum, E ac F inſignitur. E verò
G vſque ad G muſculi principium ab occipite, ad octauę vſque thoracis vertebræ ſpinam, à mediarum vertebrarum apicibus quodammodo ena-
H,I tum. H, I inſertio, quam muſculus in ſcapulæ ſpinam, & ſummum humerum, latiuſculamq; cla-
* uiculæ ſedem molitur. * hac ſede præſens muſculus, quaſi membraneum ſemicirculum obtinet, ſeu carnoſæ ipſius fibræ, in ſemicirculi ceſſant
K circumferentiam. K hac parte ceruix collum ve, thoracis elatiſſimæ parti committitur. Lineę autem laterave muſculũ circumſcribentia in hũc modum colliguntur. Ab E ad F prima protenditur, ad occiput tranſuerſim ducta. Quod autem huius extremum F notatum, non tantùm ab auris radice diſtare hic videatur, quantùm F remouetur ab E, pictura in cauſa eſt oculum fugiens, quod & ſiniſtrum brachium in anteriora porrectum liquidò commonſtrat, quod fortè ὀπτικῆς ignarus, plus æquo breuius eſſe arbitrabitur. Porrò ſecunda linea præſentis muſculi ab E per K ad G metitur. Tertia autem ab F ad H. Quarta ab H ad G. Atque his lineis muſculus terminatur. Inſectionis autem linea ab I ad K pertinens, nulla prorſus ſeparationis nota exiſtit.
L Muſculus brachium attollens, eiuſq; motorum ſecundus.

M Musculus gibbam scapulæ sedem occupans, brachiumque mouentium quintus.

N Musculus ab humiliori scapulæ costa pronatus, & brachij motus opificum tertius.

O Musculus brachium agentium quartus, sequenti tabula ⊙ insigniendus.

P In præsentis tabulæ dextro latere P, indicat portionem abdominis musculi, quem obliquè descendentem vocamus.

Q Nonnihil in dextro brachio occurrit, brachium flectentium musculus.

R Posterior cubitum flectentium musculus.

S Musculus cubiti extentionis autorum, cuius principium ab humeri pendet ceruice.

T Musculus cubitum extendentium, cuius principium ab humiliori scapulæ costa pronascitur.

V Vlnæ sedes triangula, nullis obtecta musculis, excarnisúe, ac præcipuè insertionem excipiens neruosæ cubitum extendentium musculorum insertionis.

X Musculus radium in supinum agentium, qui in inferiorem radij appendicem inseritur.

Y Musculus bicorni tendine brachiale extendens.

Z Musculum Z insignitum, autorem extentionis indicis, medij ac anularis recensebimus, cuius initium a indicatur. Sedes verò, qua carneus esse desinit, b insignitur.

⊙ Musculus qui nobis extentionis autor parui digiti recensebitur. Commixtionem tendinum musculi Z insigniti, ac musculi ⊙ indicati, quæ ad digitorum fit radicem, ita hîc delineauimus, quemadmodum crebriùs nobis occurrit.

A Musculus brachiale extendentium, cui principium offertur ab humere c insignitum. Insertionem verò d indicatam, in posterior brachialis os, paruum sustinens digitum molitur.

Ξ In vtroque cubito Ξ insignitur musculus, brachiale flectens, octauoque brachialis ossi insertus. ac in nulla musculorum tabula æquè atque hîc conspicuus. Quemadmodum & musculi latum manus tendinem producentis initium, hîc ad characterem q; est obuium, vnà cum exortu musculi brachiale flectentis, qui posterior brachiali insertus, Λ in tertia musculorum tabula ornatur.

e Musculi hàc obliquè prorepentes, illi sunt, quorum alter vnum tendinem brachialis ossi, pollicem suffulcienti inserit, alter verò vnum tendinem primo pollicis ossi offert, alium secundo & tertio pollicis ossi inserens

f Musculus tribus pollicis ossibus externa sede insertus, & pollicem versus indicem euertens.

g Musculus pollicem indici proximè adducens.

h Musculus parui digiti à reliquis abductionis autor.

i,k,l, m,n Primus femur mouentium musculus, i, k, l, m & n circunscriptus. Quandoquidem i vsque ad k, sui principij partem notat, quæ ex ossis ilium spina enascitur. k autem ad l, principij partem indicat, ab osse coccyge, infimaque sacri ossis sede pendentem, vbi etiam sinister musculus dextro contiguus est. m indicat elatiorem ipsius insertionis partem, n autem insertionis infimam notat partem, quæ quia inter musculos tibiam mouentes hîc penitiùs se insinuat, reconditque, omni ex parte non est conspicua.

o Secundus femur mouentium musculus, magna ex parte primo obtectus.

p Sextus tibiam mouentium musculus, in latum illum degenerans tendinem, qui femur amplexantibus musculis obuoluitur, attamen non ad eam pertingit crassitiem, vt subditos ipsi musculos obscurare possit.

q Musculi quem p notaui, carnosæ partis terminus.

r Septimus tibiam mouentium musculus, membraneo tendine sexti tibiam mouentium musculi obtectus.

s Quartus tibiam mouentium musculus, septimi posteriori attensus sedi.

t Tertius tibiam mouentium musculus, in vtroque crure (quemadmodum & subsequentes aliquot) notatus.

u Musculus, quem quinti tibiam mouentium loco habemus.

x Apparet & hîc quoque portio musculi, femur mouentium quinti.

y Musculus secundus tibiam mouentium.

α Musculus tibiam mouentium primus.

β Octauus tibiam mouentium musculus.

γ Nonus tibiam mouentium musculus.

δ In hoc sinu tibiam accedens arteria, vnà cum maxima cruris vena, & neruo quoque totius corporis crassissimo vehuntur.

ε Musculus primus pedem mouentium.

ζ Secundus pedem mouentium musculus.

η Septimus pedem mouentium musculus.

θ Octauus pedem mouentium musculus.

ι Excarnis fibulæ pars, ipseque adeò exterior malleolus.

κ Aliqua ex parte portiuncula hîc occurrit, musculi pedem mouentium noni.

λ Musculus paruum digitum à cæteris abducens.

μ In sinistra sura tendo, tertij pedem mouentium musculi notatur.

ν Interior malleolus.



## *DECIMAE MVSCVLORVM TABVLAE characterum index.* O

HAEC omnium tabularum decima, posteriorem verò faciem exprimentium secunda, sectionis serie quartam tabulam subsequi posset. In hac itaque iam præcedentis tabulæ musculi aliquot adempti dependent, multique in illa non obuij, hîc sese commonstrant. Atque inter reliquos prorsus ablatus est, quem nona tabula Γ & Δ insigniuimus, quòd videlicet nusquam aptè formam ipsius, dependens ostendere potuisset.

A Dexter primi paris caput mouentium musculus.

B,B Secundi paris caput mouentium dexter.

C Scapulam mouentium tertius musculus.

D Clauicula.

Mus-

# CHARACTERVM DECIMAE MVSCVLORVM tabulæ index.

E Musculus humani thoracis motorum tertius, sequenti tabula F notandus.

r Musculus scapulam mouentium quartus, cuius quatuor latera circunscribuntur G,H,I,K.

L Musculus brachium mouentium quintus.

M Scapulæ spina, ac summus humerus.

Δ Musculus brachium mouentium secūdus, quem in posteriori corporis sede promptè circunscri-

P pseris, si P musculi insertionem esse cognoueris.

N,O P namque ac N & O, trianguli modo, dictam musculi partem terminant, anteriori interim parte

Ξ, in quarta tabula musculorum insignita.

Q Brachium mouentium sextus musculus.

R Musculus brachium mouentium tertius.

& Hac sede aliquot dorsum mouentes musculi exporriguntur, vnà cum humanum thoracem mouentium quarto.

© Hunc musculum, secunda tabula r insignitū proponebat: est autem is, cuius beneficio brachium deorsum versus dorsum vellitur, idque mouenti-

S,T um quartus. S & T, musculi huius principij indi-

V cant longitudinem, V partem, ipsius insertioni proximam, quæ hîc ostendi nequit, verùm in se-

X ptima tabula O insignita, vtcunque fuit obuia. X autē musculi latusca sede indicat, vbi ab ilium osse nō amplius enascitur. Circunscribes verò præsentis musculi latera ab S ad T, dein à T per X ad

Y V, insuper ab S ad V. Cæterùm Y notabit inferiorem scapulæ basis angulum hîc extuberantem, & tertio musculi latere intectum.

Z Obliquè descendētis abdominis musculi portio.

a Musculus ab humiliori scapulę costa principium ducens, & cubiti extentionis opifex.

b Musculus à ceruice capitis humeri iuxta scapulā originem ducens, ac cubiti extensionis autor.

c Portio anterioris cubitum flectentium musculi.

d Portio posterioris cubitum flectentium musculi.

e Musculus radiū in supinum agentiū longissimus.

f Musculus bicorni tendine brachiale extendens.

g Hac sede ligamentum conspicitur membranеū, superiorem radij partem humero colligans.

h'h Hac sede vlna, carne omni, musculisve libera cernitur.

i Musculus brachiale flectentiū, qui octauo brachialis ossi inseritur.

Λ,Ξ,Π Tres isti characteres, tria notant musculorū principia ab vlna pronata. Primum Λ insignitum, illud est, quod radio ante medium illius longitudinis insertum, musculus habetur, radium in supinum agentium breuior. Secundum Ξ indicatum,

k,l illud est, quod in duas portiones, k & l notatas dirimitur. k enim eam significat portionem, quæ tendinem brachialis ossi, pollicē proximè sustinenti offert. l verò inferiorem insinuat portionē,

m quæ dein bipartita, vnam, quæ m inscribitur, pri-

n mo pollicis ossi inserit: alteram n indicatam, in secundum & tertium pollicis internodium implantat. Porrò tertium principium, n insignitū,

o,p illud demum est, quod in duas quoque partes, o & p indicatas discinditur, quarum superior, o notata, tribus pollicis ossibus inseritur. Inferior verò p indicata, indicem, ac medium à pollice abducere creditur.

q Propendet ab insertione musculus, brachiale vnico tendine extendens. Dein præcipuus exten-

r sionis parui digiti autor, r insignitus, quemadmodum & musculus indicem medium, ac annularē

s potissimùm extendens, ac s indicatus.

t Musculus pollicem indici proximè adducens.

Σ Secundus femur mouentium musculus, cuius exortum, semicirculi formæ quodammodo respō-

u,x dentem, u, & x notant, quanquam u in anteriora magis adhuc deberet exporrigi, si præsens tabula

y in latus magis verteretur. Cæterùm y huius musculi indicat insertionem, vt etiam u, & x, & y vniuersum musculum circumscribunt.

α Magnus exteriorque femoris processus.

β Quartus femur mouentium musculus.

γ Ligamentum à transuerso quinti ossis sacri ossis processu, in acutum coxendicis ossis processum pertinens.

δ Ligamentum à dicta nuper sacri ossis sede, in posteriorem elatioremque appendicis ossis coxendicis sedem insertum.

ε Musculus femur mouentium decimus, qui hac à posteriori pubis ossis sede reflexus, alium veluti musculum supra infraque ipsi attensum commōstrat.

ζ Quoniam hæc sedes sequenti tabula perinde, atque hîc erit conspicua, neruum cæteris omnibus corporis neruis summè animaduertendum, ab hac tabula non resecuimus. est aūt is, quem quartum femur petentium numerabimus. cum quinta sextaque figuris neruorum charactare 71. indicaturi. Præsens etenim neruus, cuius ductum seriemque tantopere expendendam putauerim, is profectò est, secundum quem ex caluariæ amplitudine, in dorsi vertebrarum foramen, quod dorsali medullæ transmittendæ paratur, humor in pedes confluit, quem nonnulli haud infrequenter instar tepentis, alij instar frigidæ aquæ demanare, ac in crus profluere sentiunt. Arbitror autem huius nerui distributionem eò animaduertendam accuratiùs, quò sæpius hac mea ætate affectus innumeri, sese mihi ex humerum ad neruum hunc defluxu obtulerint. Quinetiam eundem in poplite, notatum cernis, quanquam priuatim huius

η nerui grandiorem indicet portionem, quæ & si in alias quamplurimas soboles disseminetur, præcipua tamē ipsius parte pedis inferiora inter cal-

θ cem, & interiorem malleolum petit. θ verò præsentis nerui in poplite bipartiti, minorē insinuat ramum, maxima sui parte in musculos digestū, tibiæ latus, & anteriorem eiusdem sedem occupantes, qui me Hercule non minus quoque accuratè, quàm quiuis corporis neruus est obseruandus, si nō ob aliud, saltem propter vrentia medicamina, quæ subinde hîc ęgris adhibentur. Præter hoc enim, quòd appositionis sedem ad amussim Medici hinc cognoscent, etiam expendere erit iucundissimum, qui vlcus eorum medicamentorum vi inustum, humorem secundum hunc neruum decurrentem expurget. Nam quod inuritur vlcus, huic nerui ramo, ι indicato vicinum est, & quum paulò interius sit, quàm superior fibulæ cō sistat appendix, neruus contingi nequit. Atq; eius-

modi sanè pleraque crebro sermoni adijcerem, nisi ridiculum arbitrarer, reliquas medicinæ partes huic Anatomicæ misceri, aut ego etiam eiusmodi aliqua nõ essem priuatim suo tempore, vti iam cœpi, exaraturus

χ,χ In vtroque femore χ occurrit, musculum notans femur mouentium primum, qui in sinistro crure integer à sua sede reflexus est, insertione dũtaxat corpori cõmissus, quæ in dextro crure, solùm inibi reliqua est, vbi validissima spectatur, vbi autẽ leniter, membranæque tantùm ritu inserebatur,

λ λ asscriptum cernis.

μ Septimus tibiam mouentium musculus, nõ amplius membraneo sexti musculi tẽdine obtectus.

Φ Tertius tibiam mouentiũ musculus, cuius caput

ν,ξ vinsignitur, sedes verò tendinem primùm educẽs ξ. Insertionem autem tertia musculorum tabula proponebat, charactere 3 insignitam.

ψ Quartus tibiam mouentium musculus.

ϖ,ϖ Quintus tibiam mouentium.

ϱ Quinti femur mouentis musculi portio.

σ Secundus tibiam mouentium.

τ Portio octaui tibiam mouentis musculi, resecto iam interim primo tibiam mouẽti, qui aliàs hîc in orbe occurreret. Quod verò ad musculos in tibia pedeque repositos attinet, omnia præcedenti conueniunt tabulæ, vt & duodecimæ, quam inibi characteribus primùm occupabimus.

P. *VNDECIMAE MVSCVLORVM TABVLAE characterum index.*

A,A SINISTER primi caput mouentium paris musculus.

B,B Secundũ par musculorũ caput mouentium, in sinistro tantũ latere characteribus insignitum.

* Musculus hîc obscurè occurrit, cuius beneficio inferiorem maxillã deorsum agimus.

C Musculus scapulam mouentium tertius.

D Clauicula.

E Pendet hîc musculus, à scapula ossa ν referenti insertus.

F Humanum thoracem mouentium tertius.

G Brachium mouentium quintus.

ι Musculus scapulæ gibbum sub illius spina occupans, ac brachium mouentium sextus, cuius ini-

H,I tium ad H ad ι metitur, insertionis verò sedes K

K indicatur, atque ita totus trianguli modo H, I, K circumscribitur.

L Musculus ab humiliori scapulæ costa initium ducens brachiumque mouentium tertius.

M Hic musculus brachium mouentium secundus, ab exortu liberatus, antrorsum tota parte reflectitur, quam proximè præcedenti tabula, O, N & P circumscribebant. Atque ita interna musculi sedes, qua humeri articulo incumbit, in conspectũ venit, & triãguli vertex etiã quodammodo proponitur, ad cuius similitudinẽ huius musculi initiũ describebant. N enim ea musculi pars est, quæ basi scapulę fuit proxima, O autem illa, cuius initium à summi humeri cum clauicula articulo pendet. Dein si D eam musculi partem esse finxeris, cui clauicula initium largitur, promptè assequêris musculi suo exortu liberi principium insigniter obtusum angulũ referre, vti figura sub vndecima tabula subiecta comprobat, qua interna musculi sedes exprimitur, articulo maximè contermina. Atque hîc A, B, C musculi indicant principium, ab A quidem ad B principij portionem à summo humero, & scapulæ spina pronatam, à B verò ad C reliquam principij partem, quæ clauiculæ debetur. Postremò D musculi insertionis sedes insignitur. Quod autem ad triãguli obtusum attinet verticem, nulli nòn obuium est B humiliùs poni, quàm A & C, quibus characteribus triangulum terminari promptè animaduertis.

P Dictus nuper musculus ab omnibus, vnde principiũ ducit, sedibus liberatus, ac ab insertione dundaxat in dextro brachio pendens, pulchrè ostendit hanc transuersim in humerum fieri.

Q Humanum thoracem mouentium quartus.

R Musculus dorsum mouentium vndecimus.

S Dorsum mouentium decimus quintus, seu octaui dorsum mouentium paris alter.

T,V Characteribus T, T duas costas earum, quæ iam sectionis serie deteguntur, insignimus, V verò earundem costarum interuallum, vt intercostaliũ hîc musculorum exterior obseruaretur.

X Musculus thoracem mouentium secundus.

Δ Humanum thoracem mouentium quintus.

a,b, Obscurum impensęque membraneum musculi obliquè ascendentis abdominis initium, à spinarum apicibus inter a ac b pronatum.

c Musculus ab insertione hîc dependet, brachium mouentium quartus.

⊙ Musculus cubitum extendens, cuius initium d in-

d signitum, à ceruice capitis humeri educitur, quod

e scapulæ articulatur. e autem sedem indicat, qua præsens musculus ab altero cubitum extendentium, mox findicando, amplius distingui nequit.

f Cubitum extendentium musculus, ab humiliori scapulæ costa pronatus, ac cũ musculo ⊙ insignito coiens.

g Musculus cubitum flectentium posterior.

h,h Longior musculus radium in supinum ducentiũ.

Λ Musculus bicorni tendine brachiale extendens,

i,k,l cuius initium i insignitur. sedes verò, qua tendinem educit, k, tendinum autem ipsius insertio, l.

m Musculus radium in supinum ducentiũ breuior

n Radius. o Vlna.

Atque in horum ossium medio ligamentum occurrit, tota sede illa ossa intercedens committẽsque, qua inuicem dehiscunt.

Σ Secundum principium trium principiorum, quę

p,q ab vlna originem seriatim sumunt. Acp quidẽ eius principij pars est, quæ tendinem brachiali of-

r fert. q autem tendo, primo pollicis ossi insertus r verò is tendo, qui secundo & tertio pollicis inseritur ossibus.

s Musculus pollicem indici proximè admouens.

π Tertium principium eorum, quæ ab vlna pronascuntur, hîc quoque ab insertione pendens. Act quidem

# CHARACTERVM DVODECIMAE MVSCVLORVM tabulæ index.

quidem notat eius portionem, quæ indici ac medio tribuitur, u verò eã, quæ pollici est peculiaris.

Σ Tertius femur mouentium musculus cuius initiũ

x,y,z z,y,x, circunscribitur. Quod verò ad horum characterum latera, superiusq; spectatur, illum ossis dorsum est, primo secundoq; femur mouentibus

α musculis liberum. Cæterùm α tertij illius musculi insertionem proponit.

Φ Quartus femur mouentiũ musculus, à tribus humilioribus sacri ossis ossibus initium ducens, &

β illic primũ tendinem educens, vbi β conspicitur.

γ Magnus femoris processus.

δ Secundus femur mouens musculus.

ε Septimus tibiam mouẽtium musculus. Quid ve-

ζ rò ζ indicetur, ad characterẽ Ω paulò pòst cõmemoratus sum.

η Ligamentum ab osse sacro, in coxendicis ossis acutum pertinens processum.

θ Musculus decimus femur mouentiũ, hàc ab interiori pubis ossis sede reflexus, ac veluti inter duos

ι,κ musculos ι & κ insignitos prorepens.

λ Caput tertij tibiam mouentium musculi, quod primum eorum censetur, quæ à coxendicis ossis appendice pronascuntur.

μ Caput quarti tibiam mõuentium, quod quatuor vt minimùm capitum à coxendicis ossis appendice pronatorum secundum numeramus.

Φ Musculus, quem quinti tibiam mouentium loco

ν,ξ habemus, cuius initium ν insignitur, quod tertiũ eorum capitum habetur, hinc à coxendicis osse eductorũ. ξ verò præsentis musculi ostendit sinũ,

ο cui tertius tibiam mouentium alioquin insidet. ο hic quintus musculus, in tendinem desinit, anteriori tibiæ ossis sedi implantandum.

Ω Subsequẽti tabula musculũ explicabo, quẽ femur mouentiũ quintũ recensemus, characterib Ξ, Σ & Π inibi indicandũ. In præsenti aũt idẽ muscus, cha

&,& racteribus & ac &, tum ζ ac Ω insignitur, singuliq; peculiaris musculi pars indicatur. Vtrunq; enim &, posteriorem notat musculi partem, ζ verò & Ω anteriorem. Cæterùm ζ priuatim indicat eius anterioris partis anteriorem portionem. Ω autẽ posteriorẽ significat portionẽ anterioris partis.

π Quartus tibiã mouentiũ musculus hìc ab ipsius

ϱ parte, quã femoris os educit, ac ϱ insignitur, pẽdet.

σ Musculus tibiã mouentium tertius, ab insertione pendens.

τ Musculi tibiã mouentium octaui portio. Tibiæ aũt nullum adhibui characterem, quòd sequenti tabula ijdem, qui hìc modò proponantur musculi, illic characteribus ex sectionis serie occupãdi.

## Q. DVODECIMAE MVSCVLORVM TABVLæ characterum index.

r SINISTER primi capitis put mouentiũ musculorum paris musculus, cu-

A,B principium A notat, B verò & C insertionẽ, quã

C in occipatis os molitur.

D D aũt sedẽ indicat, qua dexter musculꝰ à sinistro primũ abscedit. Postremò E insinuat internum

E

insertionis dextri musculi latus. Quare si illum musculum in trianguli formam agere visum fuerit, illum circunscribes lineis, A B, A C, B C. Quòd etiam si internum illum inter dextrum musculum & sinistrum cõsistens, quoque trianguli modo spectare volueris, circunscribes id, à B ad E, deinà B ad D, & ab E ad D.

F,F Sinistri lateris musculus secundi paris caput mouentium.

G Scapulam mouentium tertius.

H,H Brachium mouentium quintus.

I Summus humerus à conatis ipsi musculis liber. Cæterùm neque costas, neq; earundem interualla characteribus insigniuimus, quòd hìc eadem, vt in præcedenti tabula, ad T, T, V sit ratio.

Δ Humani thoracis motorum quartus, cuius initiũ

K,L K insignitur, L verò sedes, qua primum à longissimo dorsum mouentium musculorũ N mox nectando, non amplius pertinaciter (quemadmodũ inferiùs à K ad L vsque) adnascitur. Tendines aũt

M,M præsentis musculi aliquot, M, M indicantur.

N Dorsum mouentium vndecimus.

O Dorsum mouentium decimus quintus.

P Scapulæ gibbum musculo liberatũ cernitur, qui brachium mouentium sextus habetur, hicque ab

Q insertione propendens Q insignitur.

R Musculus brachium mouentium tertius.

S Secundus thoracem mouentium.

T Musculus cubitum extendentium, qui ab humiliori scapulæ costæ initium ducit.

V In sinistro brachio musculus, cubitum extendentium exterior ab ea sede propendet, qua cum interiori T notato impensè cõmiscetur. In dextro aũt brachio propendens ea pars resecta cernitur.

X Hac sede ab humero carnea exoritur portio, quã tertij musculorum cubitum extendentium loco habemus, sequentique tabula d notabimus.

Y Musculus cubitum flectentium posterior.

Θ Musculus radium in supinum ducens, qui ab humero multo superiùs, quam externum illius con-

a, b sistit tuberculũ, inibi exoritur, vbi a adscripsimus, ipsius insertionem b indicantes.

Δ Musculus alter, cuius operadius in supinum agi-

c,d tur, atque huius initium c indicatur, insertio autẽ d insignitur.

e Neruea portio, seu insertionis terminus musculi superioris radium in pronum agentium.

f Radius. g Vlna.

h Ligamentum radium vlnamque, quà inuicẽ dehiscunt committens.

i,k Hæc sedes est sinuum vehendis musculis paratorũ, & cartilaginis vlnam à brachiali dirimentis.

l Hac sede musculis tendini busque libera, aliter ligamẽta, quibus ossa compinguntur, proponi nequeunt.

m Postbrachialis os anularem suffulciens digitum, quod ideo priuatim notauimus, vt ossa postbrachialis, abipiorum interuallis, musculisque illa occupantibus interstingueres.

n Hic musculus reponitur, pollicem indici proximè adducens.

o Musculus bicorni tendine brachiale extendens, ab insertione propendet.

# CHARACTERVM DECIMAETERTIAE MVSCVLORVM tabulæ index.

p Hîc bona tranſuerſi abdominis muſculi pars occurrit.

q Ilîũ oſſis dorſum nũc prorſus excarne ſpectatur.

r Femoris caput, coxendicis oſſis acetabulum ſubiens ipſum ve ligamentum, præſentem ambiens articulum.

ſ Ligamentum à ſacro oſſe in acutum coxendicis oſſis proceſſum deſinens.

t,u Dependet hîc tertius femur mouentium muſculus, t notatus, vnà cum quarto, qui u inſignitur.

x Magnus exterior ve femoris proceſſus.

α Decimus femur mouentium muſculus, cuius præcipuam partem F notandam, ex decima ſexta tabula opportunè petes, ad characteres F, G, H. Præſens autem tabula eam muſculi partem commonſtrat, quæ ad peculiarem ipſi in coxendicis oſſe exlatum ſinum reflexa, ad magnũ femoris ducitur proceſſum.

β Muſculus gracilis, ab acuto coxendicis oſſis enatus proceſſu, elatiori q́ue muſculi α inſigniti, ſedi

γ exporrectus. γ Muſculus ſimiliter gracilis, inferiori exporrectus parti eius muſculi, quem α notauimus.

ε Muſculus femur mouentiũ quintus. Verũ ε priuatim notat poſteriorẽ huius muſculi partẽ, cuius

δ,ε caput partim neruеum, ac δ inſignitum, & partim carneum, ε notatum, à coxẽdicis oſſis appendice enaſcitur, hinćque prodeuntium capitũ, numero

ζ quartũ cenſetur. ζ Hac ſede poſterior hæc quinti femur mouentis muſculi pars, admodum carnea eſt, veri muris, vt ita dicã, effigiem præ ſe ferens.

ϑ, ι Hîc poſterior quinti muſculi pars in tendinem degenerat, interiori capitum femoris inſertum.

Σ,π π & Σ, anteriorem quinti femur mouentium muſculi indicant partem, ac π quidem eius partis poſteriorem portionem, Σ verò anteriorem. Quò autem hæc nõ admodum ſanè obuia promptiùs percipias, eoſdem illos Græcorum maiuſculos characteres in ſequenti tabula repoſiturus ſum, illic dependentes muſculi partes notans.

ſ Muſculus tibiam mouentium ſeptimus.

κ,χ Muſculus tibiam mouentium octauus.

λ Ampla depreſſaq́; femoris oſſis ſedes, ſupra radicem inferiorum ipſius capitum, poſteriori in ſede conſiſtens.

μ,ν Quartus tibiam mouentium muſculus, hîc ab inſertione pendens. ac μ quidem partem illius indicat, à coxendicis oſſe enatam, ν verò partem, cui femur principium præbet.

ξ Tibiam mouentium quintus muſculus.

ο Primus pedem mouentium muſculus.

π Secundus pedem mouentium muſculus. Cæterũ huius muſculi (vt & primi) principũ partim car-

ρ,ϛ,τ neum, ac ϖ inſignitum viſitur, partim neruеum, ac ϛ indicatum. τ autem ſedes ſignificatur, vbi primùm dno iſti primi pedem mouentium muſculi

σ contingui fiunt. σ Hactenus muſculi illi in ſura extuberant, hi q́ue carnei eſſe deſinunt, verùm hæc tubera nona tabula etiam accuratè exprimuntur.

υ υ Tendinis, qui è duobus præſentibus muſculis educitur, principium.

ω Initiũ muſculi pedẽ mouentiũ tertij, cuius tendi-

& nẽ proponit character &, in ſiniſtra poſitus tibia.

## DECIMAETERTIAE MVSCVLORVM tabulæ characterum index.

A,BC, D,E,F,G Dextra portio ſecundi caput mouentiũ paris, in quo ſinguli characteres aliquid priuatim inſinuant. A enim indicatur muſculus ſecundi paris, acuto principio ex tranſuerſis quintæ & quartæ thoracis vertebrarum proceſſibus enatus. B muſculi huius ſedes, qua carneus eſſe deſinit, ac velut in tendinem degenerat. Porrò B quoque muſculum ſignificare debet, qui à ſeptimæ ceruicis vertebræ ſpina enaſcitur, & cum muſculo A inſignito commiſcetur, congreſſus autem ſedi, C inſcriptum eſt, quod non modò cõgreſſum vtriuſque muſculi notabit verùm etiam vbi vterque exactè carneus efficitur. D vtriuſque muſculi inſertionem notat. E ſecundi paris tertius in altero latere muſculus indicatur, cuius etiam principiũ in alto latitat, inſertione interim ipſius ad F conſpicua. Poſtremò G ac G, ſecundi paris carnea moles inſignitur.

H Muſculus dorſum mouentium quintus.

ι Portio muſculi dorſum mouentium ſexti.

K Decimus quintus dorſum mouentium, ſeu eorũ muſculorum octaui paris alter.

ϑ Vndecimus dorſum agentium muſculus, cuius principiũ à ſacro oſſe pendens Linſignitur, ipſius

L,M verò anſulæ tendeneſve M, M. Atque ita elatiſſi-

M mum M, præſentis muſculi ſuperiorem ſignificat

ϗ terminum. Character ϗ loco N poſitus, muſculũ dorſum mouentium nonum indicat, ſeu quinti paris alterum.

O,O Muſculus hîc ab exortu propẽdet, thoracem hominis mouentium quartus, ſimiarum verò canũque ſeptimus.

P,P Hæ coſtarum aſperitates, earum tubercula referunt, in quæ quartus thoracem mouentium muſculus inſerebatur. Quod autem ad coſtas, earundeḿque interualla attinet, eadem hîc atque in aliquot præcedentibus tabulis eſt ratio.

Q Scapulam mouentium tertius.

R Scapula poſteriori parte prorſus excarnis.

S Thoracem mouentium ſecundus.

T Tertium ligamẽtum peculiare articuli humeri.

X Depẽdet muſculus brachium mouentium quintus.

Y In vtroque brachio poſterior humeri pars, excarnis prorſus, muſculuſq́ue libera cernitur.

a Poſterior cubitum flectentium muſculus.

b,c,d Muſculi cubitum extendentes. Ac b is inſignitur, qui ab humiliori ſcapulę coſta initium ducit. c ille, qui ab humeri capitis ceruice exoritur. d autẽ carnoſa pars, quæ ab humero, ad medium ferè lõgitudinis eius originem ſumit.

e Radius.

f,g Muſculus radium in pronum ducentium ſuperior, cuius inſertionem priuatim g inſigniuit.

h Dependet hîc muſculus, radium in ſupinum mouentium breuior.

i Vlna. Radium autem e ſuperiùs notaui. k autem

k ligamentum in vtroque cubito indicat, radium vlnæ tota ea ſede colligans, qua hæc oſſa inuicem dehiſcunt.

Quod

# CHARACTERVM DECIMAETERTIAE MVSCVLORVM tabulæ index.

Quod verò ad brachialis poſtbrachialiſque ac demum digitorum oſſa ſpectat, omnia hic præcedentibus correſpondent tabulis. Verùm muſculum hic reſecuimus, pollicem indici proximè adducentem. Ac in ſiniſtra manu tres conſpiciũtur muſculi, ſecundum pollicis internodium flectentes, characteribuſque 1.2.3. inſigniti. Inſuper muſculus primum indicis os introrſum flectens, hic priuatim 1 indicatur.

1,2,3

1 m Ilium oſſis dorſum, quemadmodum & coxendicis oſſis exterior ſedes, prorſus excarne occurrit.

n Coccyx quoque os excarne, ſeu muſculis ipſi adnatis liberum cernitur.

o Ligamentum à ſacro oſſe, coxendicis acuto proceſſui inſertum.

p Femoris caput.

q Magnus exterioráque femoris proceſſus.

r Hîc ab inſertione propẽdet decimus femur mouentium, internam ipſius ſedem quæ oſſibus vndique attenditur, commonſtrans. Atque ita, ſ, t, u huius muſculi tendines notant, qui ad coxendicis os reflectuntur.

ſ,t,u

x,y,z Tribus his characteribus, carnoſa indicatur pars vaginæ quaſi modo decimum femur mouentiũ muſculum inibi deducens, quà ad coxẽdicis os reflectitur. Atque ita x huius carnoſæ partis ſupremum indicat ſedem, y mediam, z autem infimã.

α Portio femur mouentium noni.

β,γ In dextro femore duæ muſculorum notantur inſertiones in paruum femoris factę proceſſum. Ac β quidem inſertionẽ indicat muſculi femur mouentiũ ſexti, γ aũt muſculi femur agẽtiũ ſeptimi.

δ,δ Muſculus tibiam mouẽtium octauus, vniuerſum femur propemodum ambiens.

ε,ε Aſpera femoris indicatur linea, cui quintus femur mouentium muſculus inſeritur.

ζ,Π,Σ Quintus femur mouens muſculus, ab interno femoris capite propendet, in quo ζ poſteriorem ipſius notat partem, Π verò & Σ anteriorem. atque hîc rurſus priuatim Π poſteriorẽ indicat portionem partis anterioris, Σ verò anteriorẽ portionẽ.

Φ Muſculus in pedem mouentium claſſe tertius enumeratus, ac principium Φ indicatum à femoris externo ducens capite, tendinem autem illi educens, vbi ζ inſignitur.

ϑ,ϑ Muſculus quem in poplite latitantem vocamus.

Ψ Quartus pedem mouentium muſculus, cuius initium ϑ indicatur, ipſius aũt ſedẽ, qua tendo duorũ primorũ pedem mouentium muſculorũ illi primùm pertinaciſſimè adnaſcitur, × notauimus.

λ λ verò tẽdinis inſignitur inſertio, qui è duobus illis primis pedem mouentibus & tertio cõſurgit.

μ Hac ſede tibiæ os excarne conſpicitur, quemadmodum & magna portio exterioris capitis duorum humiliorum femoris capitum.

ν Tendo muſculi pedem mouentium octaui.

ξ Tendo ſeptimi pedem mouentium.

Ω Præſenti charactere indicatam volui figuram, ad dextrum integri hominis hac decima tertia tabula expreſſi crus repoſitam, lapidique innitentem, quo tandẽ inferior pedis ſedes oculis ſubijciatur, & ſectionis ſerie muſculi in hac apparentes, ſenſim in ſequẽtibus tabulis proponãtur. Signi-

ϖ cetur itaq; primùm ϖ ligamentum, ſeu membranea ſubſtantia, primo digitos mouentium muſculo obnata, latiq; tendinis vicẽ in planta ſubiẽs.

ρ Muſculus pollicem à cæteris digitis introrſum abducens.

σ Muſculus abductionis parui digiti à cæteris opifex.

τ,τ Primus ſecunduſque pedem mouentium muſculi, in integro quidem homine à quarto pedẽ mouentium propendentes, in illa autem figura, quã Ω proponit, ſua ſede repoſiti.

υ Tendo tertij pedem mouentium muſculi.

φ Portio quarti pedem mouentium muſculi, quem in integro homine Ψ inſignitum cernis.

χ Tendo ex primo, ſecundo & quarto, pedem mouẽtium muſculis conflatus, calcique inſertus. quanquam χ hîc priuatim ciuitatem proponat, inter anteriorem præſentis tendinis partem, & poſteriorem ſedem aliorum muſculorum cõſpicuam, qui hanctibiæ ſedem occupant.

ψ,* Excarnis nulliſque muſculis, vel ante ſectionem obtecta tibiæ oſſis pars. * Hîc portiones occurrũt muſculorum, qui poſteriorem tibiæ ſedem ſibi vendicant, præter tres primos pedem mouentiũ muſculos.

## DECIMAE QVARTAE MVSCVLORVM tabulæ characterum index. S.

AEC tabularum poſteriorem corporis faciem exprimentium vltima eſt, ſcapulis & brachijs carens, & genua flectens, vt plantam altero crure ſpectandam proponeret. Ad genua verò, ne alia quæpiam integra delineanda eſſet tabula, caput vnà cum duabus primis ceruicis vertebris reponitur, quartum muſculorum caput mouentium par oſtenſurum.

A,B Tertium muſculorum caput mouentium coniugium, à ſecundæ ceruicis vertebræ ſpina occipiti inſertum.

C Mamillaris temporum oſſis proceſſus, tam in integra figura, quàm illa quæ ad genua ſpectatur, cõſpicuus.

D Hic character cum aliquot ſubſequẽtibus, figuræ ad genua locatæ proprius eſt, tranſuerſum primæ vertebræ ceruicis indicans proceſſum.

E Spina ſecundæ ceruicis vertebræ atque ita iam E ſecundam ceruicis denotat vertebram.

F,G Quartum caput mouentium muſculorum par, à prima ceruicis vertebra occipiti inſertum.

H,I In ceruice integrioris figuræ inſinuatur quintum par muſculorum caput mouentium, quod ab occipitio in tranſuerſos primæ ceruicis vertebræ proceſſus implantatur.

K,L Sextum muſculorum caput mouẽtium par, à ſpina ſecundæ vertebræ, tranſuerſis primæ proceſſibus inſertum.

M Muſculi ſcapulam mouentium tertij pars, illic conſpicua, vbi à tranſuerſis aliquot ceruicis vertebrarum proceſſibus prodit.

N Dorſum mouentium muſculorum tertius.
O Dorſum mouentium ſeptimus muſculus.
P Caharacter P in lumbis reponitur, notans nonũ dorſum mouentium muſculum.
Q Vndecimus dorſum mouentium muſculus, hic
R ab vltima ipſius inſertione pendens, ac ſinum R
S inſignitum oſtendẽs, quo decimotertio dorſum mouentium muſculo cedit, ipſius autem principium S. indicatur.
T Decimustertius dorſum mouentium muſculus,
V,X cuius principium V notatur, finis verò X, quod etiam principum decimiquinti dorſum mouentium muſculi indicat.
Y Decimusquintus dorſum mouentium, cuius ſu-
a perius extremum a inſignitum, ſub ſeptimo dorſum agentium reconditur.
Hanc decimam quartam muſculorum tabulam, propter thoracis formam coſtarumque ductum ſedulò intueri operæprecium erit, quum coſtarũ ductum, vt & reliquæ muſculorum tabulæ, appoſitiſſimè oſtendat. In oſſium autem compage hactenus nunquam coſtas adeò concinnè inuicem adnexui, vt illæ naturalem ſitum, quod ad obliquum ipſarum ductum ſpectat, nanciſcerentur. Nimis enim ingens interuallum, inter elatiſſimã oſſis ilium ſedem, & duodecimæ thoracis coſtæ mucronem, in oſſium cõpactione mihi ſemper relinquitur. In muſculorum aũt tabulis, coſtarũ ductũ inter pingendũ obſeruare fuit promptiſſimũ, quum in ſuo naturali ſitu tota ſectionis ſerie sẽper cõſiſtãt. quin etiã exteriores inter coſtaliũ muſculos hîc quoque ſe ſpectandos offerre, etiã me tacente, neminem latêre arbitror. Atque ita etiam ilium oſſa, & coxendicis & pubis & femoris oſſa adeò ſunt conſpicua, vt ſi hîc notas deſideres, illæ à tribus integris oſſiũ figuris prius expreſſis petendæ veniant. Quanquam in pubis oſſe
b b occurrit, membran indicans in pubis oſſis foramine obuiam.
c Muſculus ſextus femur mouentium, ab inſertione propendens.
d Muſculus ſeptimus femur mouentium.
e Hic muſculus propẽdet femur mouentiũ nonus.
f,g Carnea pars, ſeu ſi voles, priuati muſculi, decimũ femur mouentem muſculum deducentes, atque hîc ab inſertione pendentes.
r Muſculus quem in poplite latitare dicimus, cuique Galenus ferè totum poplitis flectendi mu-
h,i nus perperam concredidit. h ipſius ab externo femoris capite exortus, i inſertio eiuſdem in tibiæ os inſignitur.
k,k Septimus pedem mouentium muſculus.
l Tendo octaui pedem mouentis muſculi, cuius inſertio in pedijos paruum digitum ſuſtinens fa-
m cta, m inſignitur.
n,o,p q A ſiniſtri pedis calce quatuor humi proſtrati pendent muſculi, pedis motorum opifices. n enim & o, duos primos pedem mouentes inſinuant, p autem tertium, q verò quartum. Cæterùm
r r ad dextri calcis internum latus repoſitum, tendinis illius inſertiones indicat.
Δ Δ Figuram notat externo lateri integrioris figuræ dextri pedis hîc appoſitam, quæ ſectionis ſerie dextrum integrioris figuræ pedem ſubſequitur, qui ſuccedit ſignræ, quam in præcedenti muſculorum tabula Ω iudicabimus.
ſ Ligamentum pedis, à digitorum terminis pendet, quod muſculo ſecundos quatuor digitorum articulos flectenti, Θ hîc notato obnatum fuerat, latiſque in extremæ manus vola tendinis vicem gerebat.
t Dependet muſculus, pollicem à cæteris digitis abducens.
u Muſculus hîc à ſua inſertione depẽdet, qui minimũ digitum à reliquis in externũ latus abducit.
Θ Muſculus ſecundum quatuor digitorum os fle-
χ,α ctens, χ ipſius principium à calce enatum, α illius in quatuor tendines partitio. Cæterùm qua ratione huius muſculi tendines diuidantur, ſubditoſq; tranſmittant tendines, in hoc dextro maioris figuræ pede expreſſum habes, vt tamen ſeſe hęc offerant, attentiſſimis oculis internam quatuor digitorum ſedem intuebere, quanquam & figura Δ notata, hæc etiam commõſtret, in qua muſculus ille ab inſertione propendẽs, Θ quoq; inſignitur.
β Carnea hæc moles illa eſt, cuius beneficio primũ pollicis internodium flectitur, atque hæc eodem β indicata, in figura illa depẽdet, quã Δ inſigniui.
Λ,λ Λ Muſculus ſecundum pollicis oſ flectens. γ in de-
γ,δ xtra tibia huius muſculi notatur principium. δ hac ſede præſens muſculus, ab interno ipſius latere tendinem educit, qui in carnea ipſius ſubſtantia aliquouſque incœperat, iuxta characterem ε.
ε Deinde vtraque figura plantam referens, tendidem hunc quoque δ notatum habet, qua pollici iam eſt proximus.
Ξ,ξ Ξ Muſculus quatuor digitorũ tertium os flectens,
ζ,κ ζ ipſius principium aliquãti ſper altiùs adhuc, ſub muſculo in poplite latitante, acr notato. κ tendo illius, ab interno etiam latere carnoſæ ſuæ ſubſtantiæ enatus, atque in pedis planta in quatuor a-
θ lios tendines inibi, vbi θ occurrit, diuiſus, qui quatuor digitis poſtmodum offeruntur.
χ,χ Hic ſeſe oſtendit portio muſculi, quem inter pedis motores quintum numeramus.
λ Muſculoſa caro, quæ in quatuor portiones deducta, tendinibus exporrigitur, qui tertium quatuor digitorum os flectunt. Eſt autem muſculoſa hæc caro, cuius opera quatuor pedis digiti ad pollicẽ ducuntur. Vt verò & tendines illos, & portiones has muſculoſæ ſubſtantiæ accuratiùs cognoſcas,
ν tendinem tertium indicis os flectentem, ν notatũ conſpicis, muſculum autem indicem pollici ad-
μ ducentem, μ.

## *DVARVM DECIMAE QVINTAE MVS-* T
*culorum tabulæ figurarum, earundemq; characterum index.*

DVAE præſentis tabulæ figuræ in ea effigie ſeruantur, in qua dextra tibia ſimul cum pede decimæquartæ tabulæ, ſeſe exhibuerunt. Atque prior figura in ſectionis ſerie figuram ſubſequitur, quã præcedens tabula Δ notatam oſtẽderat. Poſterior autem huius tabulæ figura ſuccedit priori. Notæ autem harum figurarum ita ſe habent.

A 1 Tibiæ os. B 1 Fibula.

C 1 Muſ-

# CHARACTERVM XV. ET XVI. MVSCVLORVM tabulæ index.

C 1 Musculus dependet, qui in poplite latitat.

D, E 1 Musculus quintus pedem mouentium, ac D quidem ipsius notat principium, E verò tendinem, ab interno musculi latere pronatum.

F 1 Sinus cui tendo insidet, secundi pollicis internodij flectionis opifex.

G 1 Sinus quo tendo vehitur musculi, tertium quatuor digitorum os flectentis.

H 1 Musculus pedem mouentium septimus.

I 1 Musculus pedem mouentium octauus.

K 1 Insertio sexti pedem mouentis musculi.

L 1 Musculosa congeries, primum quatuor digitorum os flectens.

M 1 Ossicula ad primum pollicis internodium reposita, quæ à sesami seminis imagine nomen inuenerunt, quæque ab Arabibus dimidiati ciceris formæ assimilantur.

N 1 Pendet hic musculosa substantia, quæ singulis quatuor digitorum internis lateribus portionem exporrigit, digitos pollici adducentem.

O 1 Musculus pollicis secundum os flectens.

P 1 Musculus tertium quatuor digitorum os flectens.

Q 1 Portio tendinis, secundum pollicis internodium flectentis, illi tendini commixta, qui indicis tertium internodium flectit. Sequentes modò characteres, sinistræ figuræ hac ratione peculiares sunt.

R 2 Tibiæ os.

S 2 Fibula.

T 2 Ligamentum membraneum, fibulam tibiæ ossi illic, committens, vbi hæc ossa inuicem dehiscunt.

V 2 Musculus pedem mouentium septimus. X hàc se-

X, Y ptimi musculi tendo, sub osse cubum tesseramúe imitante reflectitur, & latescit quoque. Y tendinis huius in os pedij pollicem sustinens insertio.

a 2 Musculus sub septimo occultatus, & pedem mo-

b uentium octauus, cuius insertionem b notat, quæ in pedij os paruum suffulciens digitum perficitur.

1, 2, 3 Tribus his characteribus in posteriori sinistraúe figura, tres sinus indicantur, musculis à posteriori tibiæ sede inferiora pedis subeuntibus exsculpti, Atque 1 sinum notat, quo quinti pedem mouentis musculi tendo vehitur, 2 sinum tendini tertium quatuor digitorum os flectenti insinuatum. 3 verò sinum indicat nomine tendinis cælatum, cuius beneficio secundus pollicis articulus flectitur.

c 2 Musculus dependet humi quintus pedem mouen-

d tium, in priori figura D & E notatus, ac in secunda figura ad insertionem d insignitus.

e 2 Musculosa moles, primum quatuor digitorum os flectens, hîc pendet à pedij ossibus, quæ iam nuda excarniaque spectantur.

## *XVI. MVSCVLORVM FIGVRAE characterum index.*

DECIMAMSEXTAM musculorum tabulam licuisset statim tertiæ musculorum tabulæ subijcere, sed quoniam corporis duntaxat pars existit, huc eam reponere magis visum est, qua sinistri femoris, tibiæ, pedisque interna facies nullo liberata musculo exprimitur, vnà cum osse sacro, & osse sinistro ipsius lateri commisso, vt decimus femur mouentium musculus alicubi in conspectum veniret, qui in integris tabulis ea parte conspici nequiuit, quæ internam pubis ossis & coxendicis quoque sedem occupat. Huius autem tabulæ characteres ita se habent.

A Os sacrum.

B Ossis sacri latus, cui sinistrũ iliũ os cõmittebatur.

C Ligamentum à sacro osse, in coxendicis ossis appendicem pertinens.

D Sinistri pubis ossis pars, quæ dextro pubis ossi committebatur.

E Notatur quartus femur subiens neruus.

E, F Decimus femur mouentium musculus, cuius tres

G, H veluti partes, E, F, G insignitæ, inscriptionibus quodammodo distinguuntur, quibus ab interna pubis ossis sede, & interna quoque coxendicis ossis regione, musculus iste carneus pronascitur. Ad sedem verò H indicatam, musculus arctior redditur, & ad sinum sibi in coxendicis osse insculptum reflexus, ad magnum femoris perfertur processum.

I Conspicua est portio, sexti femur mouentis musculi.

K Portio septimi femur mouentis musculi.

L Primus tibiam mouentium musculus, cuius sedes, qua iuxta internum femoris caput, in tendinem cessat, M indicatur.

A Secundus tibiam mouentium musculus. N & O

N, O musculi huius principium ab ossis pubis commissura pronatum. M quoque & si in primo ponatur musculo, tamen huius secundi musculi etiam sedem notat, qua in tendinem desinit.

P Nonus musculus tibiam mouentium, parua ipsius portione hîc conspicuus.

Q Octauus tibiam mouentium musculus.

R Tertius tibiam mouentium musculus, cuius tendo, quemadmodum & primi & secundi, tibiam mouentium musculorum quoque M indicari potest, & promptissimum etiam est intueri, vbinam musculorum tendines in anteriorem tibiæ ossis sedem inserantur.

S, T Quintus femur mouentium musculus, verùm S posteriorem eius musculi partem notat, T autem quinti femoris musculi anterioris partis posteriorem indicat portionem.

V, V Quintus tibiam mouentium musculus.

X, Y Excarnis tibiæ ossis pars, verùm Y interiorem notat malleolum.

a Primus pedem mouentium musculus.

b Secundus pedem mouentium musculus.

c Tendo tenuissimus, idemque summè gracilis, qui à tertio inter pedis motores musculo educitur.

d Musculus suram constituentium maximus, pedemque mouentium quartus.

e Musculus quatuor pedis digitorum tertium os flectens.

f Portio musculi inter pedem mouentium quinti.

g Tendo sexti pedem mouentium musculi.

h Tendines digitos extendentes.

i Musculus pollicem à cæteris digitis introrsum abducens.

# CHARACTERVM XVII. XVIII. XIX. MVSCVLORUM tabulæ index.

## *XVII. FIGVRAE CHARACTERum index.*

FIGVRA musculorum xvij. de ligamentis omnem propemodum ligamenti differentiam semel commonstrans, vniuersum femoris os exprimit, vnà cum tibiæ ossе & fibula, quibus ea ligamenta adhuc connata hærent.

A,B, C,D Femoris os.

B Femoris ossis caput sinum coxendicis ossis subiens.

C,D Femoris ossis humiliora capita, quæ tibiæ articulantur.

E,F, G,H Tibiæ os.

F Eminens superioris appendicis tibiæ ossis processus, qui sinum subingreditur, quem duo humiliora femoris ossis capita efficiunt, & qui ligamentum mox X insinuandum educit.

G Sinus inferioris appendicis tibiæ ossis, quo complures vehuntur tendines eorum musculorum, qui anteriorem tibiæ sedem occupant.

H Interior malleolus.

I,K Fibula, verùm K exterior malleolus priuatim insignitur.

L,M Musculus notatur in sura maximus, pedemque mouentium quartus, atque inter reliquos corporis musculos intensissimè liuens. Verùm M huius musculi tendinem, calcis ossi insertum, particulatim indicat. N autem portiunculam tendinis primi & secundi pedem mouentium musculorum ostendit, quæ quarto pedem mouenti musculo connascitur, ac simul cum illo vnita, calci inseritur.

O Teres ligamentum, femoris os coxendicis ossi iungens.

P,P Ligamentum orbiculatim femoris cum coxendicis osse articulum amplectens.

Q Ligamentorum portiones, ex magno externoque femoris processu in musculorum subſtãtiam absumptæ, ac potissimùm in tibiam mouentium septimi.

R Portiunculæ ligamentorum quoque, à radice interioris minorisque processus femoris pronatæ, & in octauum tibiam mouentem musculum præcipuè degenerantes.

S,S Membraneum ligamentum, reliquis etiam omnibus articulis commune, quod vniuersum genu articulum ambit, ea tantùm parte excepta, cui mola præponitur.

T Ligamentum genu articulo proprium, quod externo ipsius lateri attenditur.

V Ligamentum hoc etiam genu articulo peculiare censetur, atque externo ipsius lateri attensum visitur.

X Ligamentum ex tibiæ ossis processu F notato, in femoris os insertum.

Y Ligamentum superiorem fibulæ partem, tibiæ ossi connectens.

Z Ligamentum inferiorem fibulæ partem, tibiæ alligans.

a Membraneum ligamentum, fibulam tibiæ ossi toto ductu, quo inuicem hæc ossa dehiscunt, committens.

b, c Hîc ligamentum notatur, tendines annuli ritu amplectens, qui à tibiæ anteriori sede, in pedis superiora porriguntur. Vt verò ipsius natura exactiùs oculis subijceretur, id, sectione secundum longitudinem ducta, diuisum, atque vna parte in latus reflexum finximus.

d Ligamentum à tibiæ osse ad calcem insertum, & tendines hàc ad pedis inferiora descendentes cõtinens.

e Ligamentum à fibula ad calcem porrectum, & tendinibus hâc pedis inferiora petentibus obductum.

f Ligamentum cartilagineum, ab interno malleolo, in tali internum latus insertum.

g Ligamentum quoque cartilagineum, fibulam talo colligans.

## *XVIII. MVSCVLORVM FIguræ characterum index.*

PRAESENTI figura musculi structuræ ratio, qua omnes ferè dissectionis proceres musculum formari tradunt, vtcunque exprimitur. Quod enim inter Φ & Ω continetur, nerui cuiusdam est portio suprà infraque abtruncata: verùm hæc characterum indice opportuniùs explicabuntur.

Φ, Ω

A Nerui in plures surculos distribuendi portio.

B Nerui A notati soboles musculi constitutionem subiens.

C Ligamentum quod ab osse ad musculum constituendum pronascitur.

D Ligamenti & nerui ad musculum efformandum congressus, ac prima in fibras distributio, musculique caput.

E Sedes qua fibrarum maxima est diuisio, & qua musculi venter consistit.

F Diuisionis fibrarum concursus commixtioque, & tendinis musculi initium.

G Tendinis pars, quæ mouendo ossi inseritur.

## *XIX. MVSCVLORVM FIGVRAE characterum index.*

XIX. figura musculorum, humeri os, & cubiti ossa, & extremam summæ manus sedem ambientium fibras à carne liberas commõstrat, vnà cum quarto brachium adeuntium neruo, vt hîc quàm fieri posset, commodissimè musculi fabricæ natura oculis subijceretur.

H Humeri ossis caput, quod scapulæ articulatur.

I Quartus brachium petens neruus.

K Principium musculi cubitum extendentis, qui ab humeri capitis radice exoritur.

L Principium alterius cubitum extendentis musculi, qui ab humiliori scapulæ costa pronascitur.

M Sedes, qua quartus brachium accedens neruus, duobus cubitum extendentibus musculis propagines offert.

N Cubitum extendentium musculorum finis, seu eorundem in posteriorem vlnæ processum insertio.

O Posterioris vlnæ processus pars, quæ excarnis perpetuò cernitur.

P Quartus brachium petens neruus inibi conspicuus,

# CHARACTERVM DECIMAENONAE MVSCVLORVM tabulæ index.

cuus, quà posteriori sedi exterioris tuberculi humeri innititur, ac musculis hinc ab humero principium ducentibus ramos offert.

Q Initium est cubitum flectentium musculorum posterioris.

R Caput oblongi musculi, qui radij appendici iuxta brachiale insertus, radium in pronum ducit.

S Musculus bicorni tendine brachiale extendens.

T Musculus brachiale extendentium alter, qui è regione minimi digiti postbrachiali implantatur.

V Musculus vlnæ exporrectus, & brachiale flectens.

X Musculus indicem, medium & annularem extendens.

Y Musculus quo minimum digitum præcipuè extendi docebo.

Z Carnea pars eius musculi, qui in tres deductus tendines, vnum brachialis ossi pollicem sustinenti inserit, secundum primo pollicis ossi, tertium secundo pollicis ossi & tertio.

a Musculus, cuius beneficio pollex indici adducitur.

## *XX. FIGVRAE INDEX, DE MVSCVlis palpebrarum.*

QVAMVIS tertia musculorum tabula ad characteres C, D, E, hos musculos vtcunque exprimit, hîc tamen istam peculiarem locauimus figuram, in qua A primum indicat palpebræ musculum, b vero & C, musculi illius principium, D secundum musculum, cuius initium e notatur. Mutuus autem duorum musculorum connexus, F insignitur.

A
b, C, D
e
F

## *XXI. ET XXII. FIGVRARVM INDEX, de oculorum musculis.*

QVONIAM in integris musculorum tabulis, oculi musculos depingere non dabatur, ipseque oculus ex caluaria ad musculorum ostentionem euellendus sit, hîc ipsorum delineationem reposuimus. Ac in harum prima quidem, oculis simul cum suis musculis in ipsorum sede adhuc repositis, vna facie delineatur. Secunda verò, sex primos oculi musculos ab insertione humi prostratos commonstrat, septimo adhuc ad visorium neruum asseruato. Cæterùm notarum Index sequenti proponetur pagina.

A 1, 2 Anterior oculi sedes, in qua iris consistit.

B 1, 2 Visorius neruus inibi resectus, quà primùm ex caluaria in oculorum sedem delabitur.

C, D, E 1 Tres in hac facie musculi occurrunt, nondum scilicet aliquo musculo sua sede liberato.

F, G 1 Interuallorum inter sex primos musculos consistentium, & adipe oppletorum duo in hac facie apparent.

H, I, K L, M, N Primi sex oculi musculi, verùm H musculum notat, quo oculus sursum agitur, I quo deorsum, M & N quibus circumagitur, K quo ad maiorem oculi angulum ducitur, L quo ad minorem angulum fertur.

O Septimus oculi musculus, nulla ex parte à visorio neruo liberatus, ac ab adipe ipsum alioquin integente omninò detectus.

## *XXIII. XXIIII. ET XXV. FIGVRArarum index, de Linguæ musculis.*

VIGESIMATERTIA figura linguam vnà cum ipsius musculis, à reliquo liberatam corpore, ex dextro latere commonstrat, musculorum dextri lateris naturam ac situm, quàm fieri licet proximè exprimens.

Vigesimaquarta figura eadem, quæ vigesimatertia oculis subijcit, verùm vt primi linguæ musculi, ac item noni natura aliquo pacto hîc magis, quàm in xxiij. conspiceretur, tertium & septimum linguæ musculos sursum refleximus, quinto interim deorsum ab ipsius insertione propendente.

Vigesimaquinta figura nouem linguæ musculos absectos habet, ac lingua secundum longitudinem diuisa cernitur, linguæ ligamento hîc ab vtrisque linguæ corporibus dirempto, & corporum superficie, quæ ligamento continuatur, hîc apparente. Atque cum in modum hominis (vt semel dicam) linguæ constructio est expressa, quo nobis hanc picturis assequi datum fuit.

A, A A 1, 2, 3 Linguæ portio ante confectionem in hiante ore conspicua, & tunica adhuc obtecta, ipsi, ac toti ori, & stomacho, item & asperæ arteriæ communi.

B, B 1 Hęc linea dictę nuper tunicę partem notat, secundum inferioris maxillæ latera ab ore dissectam. Linguę enim portio supra lineam consistens, illa adhuc obtegitur tunica, quæ autem sub linea cernitur, hîc (vti etiam nunquam) illa tunica non succingitur.

C 1 Iam dictæ prius tunicæ portio, quam hîc à palati intimo vnà cum lingua præscidimus.

D, D 1, 2 Primus linguæ musculus.

E 1, 2 Tertius linguæ musculus.

F 1, 2 Quintus linguæ musculus.

G 1, 2 Septimus linguæ musculus.

H 1, 2 Nonus linguæ musculus.

I 3 Linguæ ligamentum, cui linguæ corporum fibræ continuantur.

K, K 3 Dextri linguæ corporis fibrarum species.

L, L 3 Sinistri linguæ corporis fibrarum species.

## *XXVI. FIGVRAE INDEX, DE CAPITIS & primæ secundæq; ceruicis vertebrarum ligamentis.*

PRAESENS figura, primam secundamque ceruicis exprimit vertebras, posteriori sede delineatas, vnà cum earundem ligamentis. Characteres autem figuræ inscripti ita habent.

A, B, C Prima ceruicis vertebra secundæ connexa. Verùm A priuatim dexter primæ vertebræ sinus, qui dextrum occipitis ossis caput suscipit, indicatur. B autem sinister sinus, cui sinistrum occipitis ossis caput incidet. C verò primæ vertebræ sedes, vbi in spinam aliæ terminantur.

D, D, G, H Secunda ceruicis vertebra.

E, E, E Ligamentum membraneum, primam ceruicis vertebram secundæ vertebræ nectens.

G Corpus secundæ vertebræ dentem producens.

H Dens,

## QVATVORDECIM FIGVRARVM LARYNGIS CHA-racterum index.

H Dens, acutus ue secundæ ceruicis vertebræ processus.

I Teres ligamentum, à dente in occipitij os insertam.

K Transuersum ligamentum, dentem in sinu continens, qui dentis gratia in prima vertebra cælatur.

### *XXVII. FIGVRAE INDEX.*

VIGESIMASEPTIMA figura duas è thorace vertebras, anteriori facie ex puerili corpore depictas exhibet. In quibus 1 notat superioris vertebræ cartilaginem, sui corporis inferiorem appendicem, ipsumque corpus interuenientem, 2 eiusdem vertebræ humiliorem appendicem, 3 cartilagineum ligamentum, superioris inferiorisq; vertebræ appendices intercedens, 4 superiorem inferioris vertebræ appendicem, 5 cartilaginem, dictam modò appendicem suæ vertebræ copulantem.

### *XXVIII. FIGVRAE INDEX, DE RECTI intestini musculis.*

A RECTI intestini portio cum suis musculis à corpore resecta, quam, dum reliqua eximimus intestina, in corpore adhuc relinquere solemus.

B Rectum intestinum.

C Duo musculi, intestinum post egestionem sursum trahentes.

D Musculosa substantia penis radici adnata, in mulieribus porrò ad infimam pudendi partem commissa.

E Insuper D sedes notatur, à qua in penem musculi duo pronascuntur.
Circularis musculus, ne præter arbitrium excrementa deijciantur præcauens.

V

## QVATVORDECIM FIGVRARVM LARYNGIS CHARACTERVM INDEX.

PRIMA figura ossis o imaginem referentis, & hîc suis musculis omnibus liberati anterior facies exprimitur, vnà cum anteriori laryngis, & asperæ arteriæ caudicis (qui in collo consistit) sede, nullo interim laryngis musculo resecto. Qui verò musculo hîc sint conspicui, characterum index dilucidè explicabit.

Secunda figura eadem, quæ prima ex dextro latere commonstrat, quanquam hîc non tantam asperæ arteriæ caudicis portionem asseruauerimus, dein etiam hinc superiora ossis y referentis latera resecuimus.

Tertia secundæ penitus respondet: nisi quòd hæc ex posteriori facie eadem, quæ illa ex latere commonstrat, verùm & hîc quoque ex industria superiora ossis hyoidis latera adhuc delineantur.

Quarta anteriorem laryngis sedem, cum portione caudicis asperæ arteriæ proponit, resecto iam hyoide osse, cum musculis ab illo, & à pectoris osse, laryngi oblatis. Seruantur itaque adhuc ex communibus laryngis musculis, quintus & sextus, ac dein musculi laryngis operculo proprij.

Quinta figura à quarta sectionis ordine nihil variat eadem, quæ quarta, ex sinistro latere eleganter spectanda offerens.

Sexta laryngem à reliquo asperæ arteriæ caudicis liberatam, ita posteriori facie exprimit, vt neque stomachi, neque communis alicuius musculi portionem adhuc reliquerim, interea tamen nullam laryngis cartilaginum sua sede dimouimus.

Septima laryngem ex dextro latere ita expressam continet, vt ipsius operculum iam resectum sit, vnà cum musculis primæ cartilagini secundam nectentibus. Dein primæ cartilaginis in hoc latere inferior processus, à secunda liberatus est, ipsaque prima antrorsum, atque à secunda sic reflexa occurrit, vt media primæ cartilaginis sedes, in posteriori regione nuda cernatur.

Octaua à septima in hoc differt, quòd hîc rectos musculos illorum quatuor, qui tertiam cartilaginem secundæ nectunt resecidimus, ipsaque secunda cartilago magis detecta appareat.

Nona rursus ab octaua in hoc variat, quòd præter musculos nuper dictos, etiam quatuor tertiam secundæ iungentium obliquos, & dein duos in tertiæ cartilaginis basi positos abstulimus, seruatis duntaxat cum tribus cartilaginibus illis musculis, qui tertiam primæ alligant.

Decima ex anteriori laryngis sede se spectandam præbet, ablata iam prima cartilagine, & duntaxat cum secunda & tertia apparentibus musculis, tertiam primæ committentibus.

Vndecima laryngis musculis ostendendis nõ seruit, verùm hanc, vt & duas sequentes, ostendendæ laryngis linguæ gratia delineauimus. Exprimitur itaque hîc larynx, à reliquo asperæ arteriæ trunco, & suus communibus musculis libera, quæ asseruato adhuc ipsius operculo, posteriori suæ sedi incumbit, superioremque faciem commonstrat.

Duodecima in hoc ab vndecima differt, quòd hæc inferiorem laryngis sedem delineatam contineat.

Decimatertia hoc à duodecima habet peculiare, quòd laryngis rimam seu lingulam, magis coarctatam occlusamúe repræsentet. Cæterùm characterum index erit eiusmodi.

A In prima, 2 & 3 figuris hyoides notatur os, non prorsus suis membranulis liberum.

B In prima, 2 & 3 humilius hyoidis ossis latus, superiori scutiformis cartilaginis alligatum processu, qui C in 2, 3 & 4 indicatur.

D In prima & tertia superius notatur hyoidis ossis

E latus, in secunda figura inibi resectum, vbi E asscriptum cernis.

F Musculus à hyoidis ossis inferiori sede enatus, ac humiliori primæ cartilaginis sede insertus.
In prima figura dexter & sinister est conspicuus, in secunda dexter duntaxat.



G Mus-

# QVATVORDECIM FIGVRARVM LARYNGIS characterum index.

G Musculus ex posterioris ossis summo, ad humiliorē primæ cartilaginis sedem deductus. Prima dextrum & sinistrum quoque exprimit, at secunda dextri tantummodo portionem.

H Gula, seu stomachus, in 2,3 & 5 conspicuus.

I Musculus ex posteriori sede stomachi, cartilaginis scutum referentis lateri insertus. Ac tertia dextrum & læuum ferè vniuersum ostendit, & potissimùm vtriusque initium, Secunda dextrum & minimam sinistri portionem. Quinta verò, sinistri insertionem exprimit, vt etiam prima & quarta vtriusque insertionem proponit.

K Duo musculi dissectionum ignorati Professoribus, & ab osse v referente enati, ac in laryngis operculi radicem inserti. hi occurrunt in secunda figura & tertia & quarta.

L Ἐπιγλωττὶς, seu (vt nos vocamus) laryngis operculum, in secunda figura, & dein in 3,4,5,6, & 11 conspicuum.

M Glandulę laryngis radici, ad asperæ arteriæ latera adnexæ in 2,3,4, & 5.

N Musculus à prima cartilagine ad secundam protensus, exteriorúe primam cartilaginem secundę iungentium. Dextri musculi & sinistri pars in prima videtur, vterque autem integer in quarta apparet.

O Musculus à secunda cartilagine in primam protensus, alteriusúe lateris interior, secundam cartilaginem primæ connectentium. in quinta solus sinister exprimitur.

P Musculus ab infima secundæ cartilaginis sede, posteriori in parte principium ducens, & tertiæ cartilagini insertus. Sexta dextrum & sinistrum ostendit, septima dextrum, & quodammodo sinistrum.

Q Sedes iam dicti musculi, in octaua & nona.

R Musculus à latere secundæ cartilaginis, in tertiam cartilaginem insertus. Septima & octaua dextrum duntaxat ostendunt.

S Sinus secundæ cartilaginis, in octaua & nona notatur, cui inferior primæ cartilaginis processus, T in octaua & nona insignitus connascitur.

V Musculus in basi tertiæ cartilaginis situm obtinens. Sexta vtriusque lateris musculum repræsentat, Septima dextrum, & sinistri portiunculam, Octaua etiam dextrum.

X In nona figura sinus indicatur, cui musculus insidet tertiæ cartilaginis basim in altero latere occupans, ac V charactere iam expressus.

a Musculus ex tota primæ cartilaginis longitudine enatus, ac tertiæ insertus, aut musculus primæ cartilagini tertiam copulans. Decima dextrum a in-

b signitum, & sinistrum b insignitum indicat, ablata interim prima cartilagine. Septima verò, octaua & nona, integrum dextri lateris musculum a notatum exprimunt, & elatiorem sinistri sedem, quam ob hoc quoque b litera in illis figuris notaui.

c Linguæ seu rimæ, in medio laryngis obuiæ superior sedes, in vndecima figura conspicitur.

d Inferior facies lingulæ, quam in decimatertia magis, quàm duodecima apertam expressimus.

e,e Duo sinus, vtrinque vnus, qui clausa lingula seu rima in humiliori ipsius sede ad latera euadunt conspicui, in duodecima & decimatertia.

f Callus in medio rimæ apparens, vbi ipsa potissimùm conniuet in decimatertia.

g Ne fortasse aliquid obscuritatis cartilagines literis non insignitæ adferant, illas quoque adnotabimus. g itaque prima est cartilago, in anteriori parte se offerens, in 1 figura, dein in 2,4,5,12,13.

h Prima cartilago, in tertia figura & 6,7,8,9, posteriori facie se offerens.

i Secunda cartilago anteriori facie conspicua, in prima, 2,4,5,7,8,9,10,12,13.

k Secunda cartilago posteriori facie spectatur, in sexta, 7,8,9,11,12,13.

l Tertia cartilago occurrit in secunda, 3, 6, 7, 8, 9, 10, 11.

## *XIIII. FIGVRAE INDEX.*

DECIMAQVARTA à sexta in hoc differt: quòd hæc priuatim musculos spectandos exhibet, quos à secundæ cartilaginis spina, ad inferiores primæ cartilaginis processus aliquando deductos vidi. A itaque & A prima laryngis notatur

A, A cartilago, B verò spina secundę cartilaginis. C au-

B, C tem & D duo musculi à secundæ cartilaginis spina principium sumentes, ac in primam cartilaginem inserti.

D

## *TABVLAE DE PENIS MVSCVLIS characterum index.*

1 PRIMA itaque figura corporis in mensa proni, & oculo ad perinæum seu interfemineum directo, ostendit femora in latera admodum distensa, & penis corpus, vniuerso interim scorto cum testibus, cute, adipe, venis, neruis, & arterijs vndique abscctis.

2 Secunda figura nuda quodammodo commonstrat ossa, quæ sacri ossis lateribus committuntur, ac ilium & coxendicum & pubis ossa appellantur. His femorum ossium portiones adhuc appendent, vnà cum ani & penis musculis: quos ideo ab ipsorum exortu dependere finximus, vt penis corporum origo vrinæque & semini communis meatus inibi in conspectu esset, qua sursum sub pubis ossibus flectitur.

3 Tertia penem transuersim dissectum in hoc ostendit, vt penis corporum substantia, & coalitus, & cum vrinæ meatu connexus oculis subijcerentur.

4 Quarta figura integrum commonstrat penem, vnà cum vesica hic exporrectum, vt proprius vesicæ ceruicis musculus intueri possit.

A, B 1,2,3,4 Duo penis corpora penem quodammodo vniuersum constituentia.

C, C 2,4, Duorum penis corporum exortus.

D 1,2,3,4 Penis glans, quam alij præputium nuncupant: eo nomine cutem, qua penis obtegitur, non dignantes.

E, E 3 Fungosa rubraque penis corporum substantia.

F, 3 Mutuus penis corporum connexus & neruea eorundem substantia, quæ orbiculatim fungosam substantiam complectitur.

G, 1, 3 Vesicæ meatus, vrinæ seminiq́ue genitali communis.
H, I 1, 2 Duo primi penis musculi, in prima quidem figura suam seruantes sedem, in secunda autem ab eorundem principio dependentes.
K, L 1, 2 Duo posteriores penis musculi, seu tertius & quartus, qui in prima figura integri, in secunda verò ab insertione pendentes conspiciuntur.
M 1, 2 Musculus orbiculatim recti intestini finem ambiens, fæcumq́ue excretioni præfectus.
N, 4 Vesicæ ceruicis musculus, vrinam, ne præter nostrum arbitrium defluat, cohibens.
O, O 2 Membrana pubis ossium foramina occupans.
P, 2 Teres ligamentum, à coxendicis osse in rotundum femoris caput insertum.
Q, 4 Vesicæ corpus.
R, 4 Glandosum corpus, vasorum semen deferentium insertionem excipiens.
S, S 4 Portiunculæ sunt meatuum, quibus vrina è renibus in vesicam ducitur.
T, T 4 Portiunculæ sunt meatuum, semen in vesicæ ceruicem eiaculantium. Musculos autem in prima figura femur amplexantes, characteribus non insigniuimus, quòd illi in musculorum tabulis diligentissimè annotati fuerint.

X.

# VENÆ PORTÆ AB VNIVERSIS QVIBVS COMMITTITVR PARTIBVS LIBERAE CHARACTERVM INDEX.

A, A A, &c. QVINQVE his characteribus portæ venæ propagines indicantur, per iecoris corpus diffusæ, & hîc veluti iecoris formam secundum cauam ipsius sedem exprimentes.

1, 2, 3, 4, 5 Numerus iste quinque portæ venæ ramos (nisi subinde etiam pauciores sint) notat, ex quibus ipsius caudex quodammodo proximè constituitur, aut in quos is primùm in iecoris substantiam digeritur.

B Vena portæ, quà primùm à iecoris substantia libera & amplissima cernitur.
C, C Duo ramusculi bilis vesiculam in caua iecoris sede positam adeuntes.
D Vena ad posteriorem inferioris ventriculi orificij sedem excurrens.
E Hac sede vena portæ in duos maximos bipartitur truncos.
F Truncus sinister & elatior.
G Truncus dexter & humilior.
H Vena dextram fundi ventriculi sedem perreptãs, & geniculatim illi sedi ac superioris membranæ omenti dextræ parti ramulos præbens.
I Vena duodeno intestino & ieiuni principio exprompta.
K Ramus in dextram regionem gibbi ventriculi, qua id dorsum respicit, aliquot surculis digestus.
L Vena in dextram sedem inferioris omenti membranæ, & colum intestinum, quà hàc fertur excurrens.
M Soboles quædam à sinistro trunco in glandosum corpus inferiori membranæ omenti innatum, sparsæ.
N Vena insignis sub ventriculo, vbi dorso is innititur, versus elatius ipsius orificium obliquè conscendens: quò priusquam pertingat, vtrinque v-
O, O nam educit propaginem O insignitam, & in ventriculum hac sede qua dorso incumbit, digestam.
P P verò præsentis venæ reflexum per dextrum orificij ventriculi latus in anteriorem ventriculi fe-
Q dem: Q autem reliquam præsentis venæ seriem notat, quæ instar coronæ id orificium amplexatur. Vmbra qua hanc venam aliqua ex parte ornauimus, hîc, vt in reliquis venarum & neruorum arteriarumq́ue delineationibus, venæ partem in posteriora & in magis recondita deductam interstinguit ab illa, quæ in priori seu anteriori sede oculis subijcitur, aut oculis propinquior est.
R Ramus venæ superius ventriculi orificium ambientis, qui secundum elatiora ventriculi procedens, inferiori orificio surculos exhiber, soboles etiam satis frequentes in progressu ad anteriora posterioraq́ue ventriculi dispergens.
S Grandis vtcunque vena in inferiorem omenti membranam & colum intestinum quà ventriculo exporrigitur, numerosa sobole procurrens.
T, T Sinistri trunci diuaricatio, vbi is iam lienem est accessurus.
V Venula in sinistram sedem inferioris membranæ omenti distributa, cuius radicem in integra figura (quòd subinde desit) duntaxat delineauimus, eius seriem peculiari figura quam seorsim subiecimus exprimentes, in qua T venam, quæ lienem exporrigitur, commonstrat vtrinque abtruncatam. præsens verò venula V insignitur.
X, X Vena ab illis quæ elatiora lienis petunt, in sinistrum ventriculi latus dispensata.
Y Eiusmodi etiam vena hîc, qualem vtrunque X indicabat, insignitur.
Z Vena in sinistram fundi ventriculi sedem perreptans, multasq́ue soboles ventriculo superioriq́ue omenti membranæ offerens.
a, a, a, a His characteribus venarum in lienis substantia distributio indicatur, adeò frequens, vt lienis imaginem facilè ostendat.
b, b, b Prima dextri portæ venæ trunci in mesenterium series. Hæ in mesenterium digestæ venæ quibusdam mesaraicæ ac mediæ & lacteæ nuncupantur.
c Vena colo intestino quà recto continuatur, exporrecta.
d, d Vena sub recto prorepẽs intestino indicatur, vnà cum ramulis intestino in venæ progressu digestis.
e, e Venularum soboles, recti intestini finem amplexantes.



CHA-

G, 1, 3 Vesicæ meatus, vrinæ seminiq́ue genitali communis.
H, I 1, 2 Duo primi penis musculi, in prima quidem figura suam seruantes sedem, in secunda autem ab eorundem principio dependentes.
K, L 1, 2 Duo posteriores penis musculi, seu tertius & quartus, qui in prima figura integri, in secunda verò ab insertione pendentes conspiciuntur.
M 1, 2 Musculus orbiculatim recti intestini finem ambiens, fæcumq́ue excretioni præfectus.
N, 4 Vesicæ ceruicis musculus, vrinam, ne præter nostrum arbitrium defluat, cohibens.
O, O 2 Membrana pubis ossium foramina occupans.
P, 2 Teres ligamentum, à coxendicis osse in rotundum femoris caput insertum.
Q, 4 Vesicæ corpus.
R, 4 Glandosum corpus, vasorum semen deferentium insertionem excipiens.
S, S 4 Portiunculæ sunt meatuum, quibus vrina è renibus in vesicam ducitur.
T, T 4 Portiunculæ sunt meatuum, semen in vesicæ ceruicem eiaculantium. Musculos autem in prima figura femur amplexantes, characteribus non insigniuimus, quòd illi in musculorum tabulis diligentissimè annotati fuerint.

X.

# VENÆ PORTÆ AB VNIVERSIS QVIBVS COMMITTITVR PARTIBVS LIBERAE CHARACTERVM INDEX.

A, A A, &c. QVINQVE his characteribus portæ venæ propagines indicantur, per iecoris corpus diffusæ, & hîc veluti iecoris formam secundum cauam ipsius sedem exprimentes.

1, 2, 3, 4, 5 Numerus iste quinque portæ venæ ramos (nisi subinde etiam pauciores sint) notat, ex quibus ipsius caudex quodammodo proximè constituitur, aut in quos is primùm in iecoris substantiam digeritur.

B Vena portæ, quà primùm à iecoris substantia libera & amplissima cernitur.
C, C Duo ramusculi bilis vesiculam in caua iecoris sede positam adeuntes.
D Vena ad posteriorem inferioris ventriculi orificij sedem excurrens.
E Hac sede vena portæ in duos maximos bipartitur truncos.
F Truncus sinister & elatior.
G Truncus dexter & humilior.
H Vena dextram fundi ventriculi sedem perreptãs, & geniculatim illi sedi ac superioris membranæ omenti dextræ parti ramulos præbens.
I Vena duodeno intestino & ieiuni principio exprompta.
K Ramus in dextram regionem gibbi ventriculi, qua id dorsum respicit, aliquot surculis digestus.
L Vena in dextram sedem inferioris omenti membranæ, & colum intestinum, quà hàc fertur excurrens.
M Soboles quædam à sinistro trunco in glandosum corpus inferiori membranæ omenti innatum, sparsæ.
N Vena insignis sub ventriculo, vbi dorso is innititur, versus elatius ipsius orificium obliquè conscendens: quò priusquam pertingat, vtrinque v-
O, O nam educit propaginem O insignitam, & in ventriculum hac sede qua dorso incumbit, digestam.
P P verò præsentis venæ reflexum per dextrum orificij ventriculi latus in anteriorem ventriculi fe-
Q dem: Q autem reliquam præsentis venæ seriem notat, quæ instar coronæ id orificium amplexatur. Vmbra qua hanc venam aliqua ex parte ornauimus, hîc, vt in reliquis venarum & neruorum arteriarumq́ue delineationibus, venæ partem in posteriora & in magis recondita deductam interstinguit ab illa, quæ in priori seu anteriori sede oculis subijcitur, aut oculis propinquior est.
R Ramus venæ superius ventriculi orificium ambientis, qui secundum elatiora ventriculi procedens, inferiori orificio surculos exhiber, soboles etiam satis frequentes in progressu ad anteriora posterioraq́ue ventriculi dispergens.
S Grandis vtcunque vena in inferiorem omenti membranam & colum intestinum quà ventriculo exporrigitur, numerosa sobole procurrens.
T, T Sinistri trunci diuaricatio, vbi is iam lienem est accessurus.
V Venula in sinistram sedem inferioris membranæ omenti distributa, cuius radicem in integra figura (quòd subinde desit) duntaxat delineauimus, eius seriem peculiari figura quam seorsim subiecimus exprimentes, in qua T venam, quæ lienem exporrigitur, commonstrat vtrinque abtruncatam. præsens verò venula V insignitur.
X, X Vena ab illis quæ elatiora lienis petunt, in sinistrum ventriculi latus dispensata.
Y Eiusmodi etiam vena hîc, qualem vtrunque X indicabat, insignitur.
Z Vena in sinistram fundi ventriculi sedem perreptans, multasq́ue soboles ventriculo superioriq́ue omenti membranæ offerens.
a, a, a, a His characteribus venarum in lienis substantia distributio indicatur, adeò frequens, vt lienis imaginem facilè ostendat.
b, b, b Prima dextri portæ venæ trunci in mesenterium series. Hæ in mesenterium digestæ venæ quibusdam mesaraicæ ac mediæ & lacteæ nuncupantur.
c Vena colo intestino quà recto continuatur, exporrecta.
d, d Vena sub recto prorepẽs intestino indicatur, vnà cum ramulis intestino in venæ progressu digestis.
e, e Venularum soboles, recti intestini finem amplexantes.



CHA-

# CHARACTERVM TOTIVS VENAE CAVAE DELI-neationis index.

Y

## CHARACTERVM TOTIVS VENAE CAVAE DELINEATIONIS, quam ſubſequens pagina prponit, Index

A, A, A Tres iſti characteres propaginem notant à vena caua vbi iecori adnaſcitur, in iecoris gibbum paſſim perquàm numeroſa ramorum ſerie ſiniſtrorſum diſtributam. Alteram autem propaginem in dextram iecoris ſedem ſimiliter diffuſam characteribus non inſigniuimus, vti etiam nullas venæ cauæ ſoboles, quæ pariter vtrinque habentur, & priuatim nihil in altero latere ſibi vendicant, ne fortaſſis characterum copia delineationem obſcuraremus. Vnde etiam dextrum latus potius, quàm ſiniſtrum characteribus liberum conſpicitur.

a Huiuſmodi etiam gracilior ſoboles à caua iecori ſub grandibus illis propaginibus A indicatis, digeritur.

B Venæ cauæ ſedes inter iecoris gibbum & ſeptum tranſuerſum conſiſtens.

C Siniſtra propago duarum, quas caua ſepto offert, & à quibus etiam ſurculi in cordis inuolucrum pertingunt.

D Cauæ venæ orificium in dextrum cordis ſinum pertinens. Optarim hîc ſedulò expenderes, vniuerſamque cauæ delineationem accuratè contemplareris, conſideraturus anné veriùs hoc orificium cauæ venæ principium veniat ſtatuendum, an ea cauæ pars vbi A & a in ipſo caudice ſcriptum cernis, & ipſa vena ſecundum iecoris poſteriora deorſum prorepit, cuius etiam gratia in dextrum latus incuruatur, tãtum ſcilicet, quantum iecoris ſedes, cui cauæ caudex committitur ad dextrum latus à vertebrarum medio declinat.

E Vena coronæ modo cordis baſim amplectens, ac deorſum per cordis ſubſtantiæ exteriora ad ipſius vſque mucronem ſurculos à ſe deriuans, & στεφανιαῖα ſeu coronalis nuncupata. Hæc & ſi ab anteriori ſede orificij venæ cauæ hîc oriri videatur, perpetuò tamen quum ſimplex ſit, à poſteriori ſede eius orificij pronaſcitur, vt in vij. cordis figura ad G eſt cernere.

F,F Vena coniugis expers, quæ à cauæ dextro latere prodiens, decliuis ſecundum dextrum vertebrarum latus ad ſecundam ferè lumborũ vertebram deſcendit.

G,G Characteres iſti hîc atque illic ad venæ pari carẽtis latera repoſiti, venę illius propagines inſinuãt: eas nimirum, quæ coſtarum offeruntur interuallis, ac poſtmodum in dorſalem medullam, & in muſculos vertebris ipſiſque coſtis inſtratos, ac etiam membranas thoracis amplitudinem interſepientes, ſurculos promunt.

H Cauæ ſub pectoris oſſis elatiori ſede iuxta iugulum bipartitio, quam lanij boues & porcos iugulaturi petunt.

I Vena primæ thoracis coſtæ innixa, atque ad alam tranſuerſim perducta, brachijque axillarem, poſtquam aliquot propagines diffudit, conſtituens.

K Exilis vena in ſui lateris aliquot ſuperiorum coſtarum ſuccingentem membranã ſoboles deriuans.

L Vena ſub pectoris oſſis ſiniſtro latere ad abdominis vſque ſuperiora deſcendens, verarumque coſtarum cartilaginum interuallis, ac demum thoracem interſepienti ſui lateris membranæ, ac etiam muſculis pectori inſtratis, & abdominis cuti ramos exhibens. Præcipuum autem ramum ſub recto abdominis muſculo diſpergit, qui ſupra vmbilicum in aliquot ſiniens ſurculos, alterius venę ab imo ſurſum aſcendentis, acr notandę te-
M minos reſpicit, ea nimirum ſede, vbi M aſſcripſimus.

N,N Vena per foramina tranſuerſis proceſſibus vertebrarum ceruicis inſculpta, ad caluariã properans, ac dorſali medullæ geniculatim ramos offerens, vt & in muſculos quoque inibi ceruicis vertebris adnatos, ſoboles diſpenſet. Qua verò ratione hæc vena in duram cerebri membranam exhauriatur, etiam, ſi hanc hîc quoque delineare conatus ſim, in peculiari de cerebri vaſis figura quæ numero ſexta eſt, non minus diſces, quam reliquarum caluariam petentium venarum ſeriem.

O Vena muſculis humiliorem ceruicis, & ſuperiorem thoracis ſedem iuxta vertebras occupantibus, multiplici vtcunque ſobole exporrecta.

P Vena ad muſculos pectori inſtratos, & huius regionis cutem, & ipſam demum mammillam excurrens.

Q Vena in poſteriora thoracis proficiſcens, ac in cauam ſcapulæ ſedem vicinosque muſculos deriuata.

Huic proximæ ſunt venulæ in glandulas axillæ excurrentes, quarum hîc vna inter P & R expreſſa eſt.

R Propago ſecundum thoracis latera deorſum ducta, & potiſſimùm diſtributa in muſculum, quo poſterior axillæ cauitatis ſedes conſtituitur, brachiumque in poſteriora deorſum vellitur.

S Interior iugularis, quæ graciles ſurculos aſperæ arteriæ lateri & hàc deductis neruis ſpargit. quod verò ipſius præter aliquot propagines reliquum eſt, in caluariam prorepit, & variè, vt in cerebri vaſorum deſcriptione proſequar, diſcinditur.

T Exterior ſeu ſuperficiaria iugularis. Verùm iugularias venas (quæ Græcis σφαγίτιδαι vocantur) nonnulli appellant, quæ ſtatim in thoracis amplitudine ſub ſumma pectoris oſſis ſede ex bipartita caua producuntur. Alij non totas illas, ſeu integros eius diuiſionis truncos iugularias venas nũcupari volunt, ſed id demum quod ex ijs iam ſupra clauiculas ceruici intextum cernitur. In Arabum interpretibus iugularias ita ferè appellatas legimus: Guidez, Guades, & corrupta Græcorum voce, grandes, ſphragitidas, iuueniles, penſiles, organicas, ſubeticas, vertiginoſas, apopleticas, venas ſomni. Atque ita tàm interiores quàm exteriores appellitant. & has quidem patentes, illas verò immerſas & occultas nuncupant. Porrò exterioris iugularis ſeriem, vt plurimum mihi apparuit, hîc delineatam habes, vt ſcilicet ſimplex per colli latus prorepat, ſurculos tantum aliquot in cor-

# CHARACTERVM TOTIVS VENAE CAVAE DELI-
neationis index.

terminas ſedes diffundens.

V Exterioris venæ iugularis iuxta fauces in duos ramos diſtributio.

X Exterioris iugularis ramus oris interiora ſubiens, ac variè in laryngem & hyoidis oſſis muſculos, linguam, palatum, narium amplitudinem, ac demum in caluariam tribus propaginibus, ac etiam aliquot ſurculis in oculos digeſtus.

Y Exterior ramus diuiſionis externæ iugularis iuxta fauces factæ, qui numeroſa venarum ſerie in faciei muſculos & cutem, deinde ad tempora & poſt aures vniuerſamque capitis cutem digeritur.

Z Ac Z quidem portionem huius rami Y notati inſinuat, quæ in faciem exporrigitur. o verò frontis

9,æ,* venam indicat æ portionem ſecundum tempora ſurſum repentem. & * eam notat, quæ poſt aures & ad occipitis cutem fertur. Cæterùm reliqua venarum hic in capite ſeries ad cerebri vaſa ſpectat: quam ob id characteribus non inſigniui, quòd hæc peculiariter magis in ſexta figura explicabitur.

Quanquam interim ſi quis hanc cauæ venæ effigiem characteribus occupare voluerit, ad eum modum quo nos figuram nonam finximus, venas ſimul cum arterijs oſtenſuram: primum characterem apponere licebit dextro lateri, vt is dextrum ſeu primum mihi ſic appellandum duræ cerebri membranæ ſinum hîc quaſi inſtar ſemicirculi porrectum indicaret. Secundus verò character ſiniſtro, ſeu ſecundo eius membranæ ſinui inſcriberetur, qui in ſiniſtro latere ſemicirculi quoque modo fertur.

Tertius autem character tertio duræ membranæ ſinui adhiberetur, qui illic incipit, vbi primus & ſecundus ſinus ſeu duo illi ſemicirculi inuicem congrediuntur, & vbi ab ipſis alius ſemicirculus quodammodo ſurſum exporrigitur, cuius poſterior pars occipitio propinquior adumbrata cernitur, anterior autem quæ frontem adit lucida.

Quartus autem duræ membranæ ſinus, quem ex anteriori ſede trium dictorum ſinuum concurſus pronaſci, atque rectà antrorſum duci ſuo loco audies, hîc non eſt delineatus. In figura tamen nona, y inſignitur. Præterea tribus illis characteribus quartus ſuccederet, qui in primi duræ membranæ ſinus radice poſitus, ingreſſum indicaret venæ N notatæ: deinde ingreſſum rami interioris iugularis etiam inſinuaret, qui per foramen ſexti neruorum cerebri paris caluariam ſubit.

Quinto charactere internæ iugularis ramus per proprium foramen in latera duræ cerebri membranæ excurrens inſigniretur.

Sextus ramum exterioris iugularis notaret, qui proprio foramine ad radicem poſterioremque ſedem proceſſus mammillaris temporum oſſis exſculpti, caluariam ſubit. Ad hæc præter alios characteres etiam vnus illis venulis inſcribi poſſet, quæ ſub frontis vena 9 inſignita hic vmbratæ feruntur, vt ſcilicet venæ etiam indicarentur, quæ per caluariæ ſedem cui olfactus organa incumbunt, & per foramen ſecundi neruorum cerebri paris gratia cælatum, in caluariam repunt. Atque hæc omnia ſanè adnotauiſſem, niſi illa in grandiori figura numero ſexta fuiſſem propoſiturus. quanquam etiam cerebri vaſorum ſeriem abſque arterijs minimè liceret aggredi, quandoquidem in illos duræ membranæ ſinus non venæ modò, ſed & arteriæ exhauriantur, ipſique ſinus non minus arteriæ quàm venæ fungantur munere.

Verùm interim non improbauerim, & hanc venæ cauæ delineationem, vti iam monui characteribus quibuſdam à ſtudioſis inſigniri, iam in cerebri vaſorum ſerie ex ſexta figura, aut vt ante dixi exemplum ſumentibus ab ea figura quæ ordine nona eſt, ac nuper commemorata ſeriatim literis t,r.u,u.x,x.ſ.ε.λ.μ. exprimit.

a,a Vtrunque a venam humerariam indicat. verùm ſuperiori a ipſius exortus ab externa iugulari T notata, radix ſignificatur. inferius autem a humerariæ ſedem notat, qua iam humeraria ex alto in brachij ſuperficiem cutemque emerget.

Huius venæ nomina paulo pòſt (abſoluta manus characterum narratione) propter Arabum interpretum voces ſubijciam.

b Humerariæ propago ab ipſius elatiori ſede non procul ab exortu in poſteriores ceruicem occupantium muſculos, ipſamque huius regionis cutem ſparſa.

c Humerariæ etiam propago, in gibbam ſcapulæ ſedem frequenti vtcunque ſobole excurrens.

d,d Venæ ab humeraria, priuſquam ipſa penitius ſub ſummo humero contorquetur, pronatæ, ac in ſummi humeri ſedis cutem & ſuperficiem muſculi brachium attollentis, interdum quoque & ad mammillam digeſtæ.

e,e,e Tenues venulæ ab humeraria in externæ brachij ſedis cutem, anterioremque regionem muſculi cubitum flectentium prioris propagatæ.

f Humerariæ iuxta externum humeri tuberculum in tres ramos partitio, qui nunc inuicem amplitudine æquales, nunc inæquales viſuntur.

g Primus humerariæ tripartitionis ramus in altum immergens, ac ſub muſculorum ab externo humeri tubere pronatorum capitibus aliquouſque excurrens.

h Secundus dictæ nuper tripartitionis ramus, qui ſub cute deorſum obliquè ad mediam ſedem flexus cubiti deductus, cum axillaris venæ ramo t notando coit, ac cum illo venam communem conſtituit, cui a aſſcriptum eſt.

i Tertius humerariæ tripartitionis ramus, per radium in externam cubiti regionem obliquè contendens, ac venulas paſſim in proximam ipſi cutem diſpergens inter quas ferè præcipua k inſignitur, quam ad exteriorem cubiti articuli ſedis cutem ad poſteriora quodammodo digerit.

Quando præſens ramus in eum modo obliquè repens, ad brachialis vſque radicem è regione appendicis vlnæ pertingit (nimirum vbi hîc l ſpectatur) axillaris venæ propaginis x notandæ ſoboles ipſi commiſcetur, ac vna ab hac axillaris ſobole & humerariæ ramo vena conſurgit, brachialis & poſtbrachialis ſedem ſub paruo digi-

to,

# CHARACTERVM TOTIVS VENAE CAVAE DELI-neationis index.

to, ipſumque adeò paruum digitum & quodammodo annularem, varia ramulorum ſerie accedens.

m Axillaris vena, cuius nomina paulò pòſt recenſebuntur.

n Axillaris venæ ramus, in capita deriuatus muſculorum cubitum extendentium.

o Ramus nuper dictis muſculis & poſteriori brachij ſedis cuti exporrectus.

p Inſignis propago obliquè deorſum ſub humero verſus exterius humeri tuberculum ducta, quæ muſculis hinc principium ducentibus ramos exhibens, alioquouſque in externam cubiti ſedem cum quarto brachium petentium neruo fertur.

q,r Axillaris venæ in duos truncos diſtributio: quorum alter binis q inſignitus, in alto ſemper, totoque ipſius ductu occulitur, ac prorſus pari modo cum manus arteria digeritur, quam in totius magnæ arteriæ figura licebit intueri.

Alter verò axillaris truncus (cui r inſcribitur, & quæ tota orationis ſerie nobis axillaris vocabitur) paſſim ſub cute excurrit, ac in varias ſoboles diſpenſatur.

Cæterùm hanc axillaris venæ diſtributionem interdum etiam altiùs fieri quàm hîc delineauimus, obſeruabis: vnde etiam tanto minus Galeni deſcriptionibus eam conuenire animaduertes.

f Vena ab axillari in anterioris brachij ſedis cutem, & nonnihil quoque in poſterioris ſedis cutem digeſta.

t Anterior axillaris venæ ramus, eius diuiſionis quæ hîc iuxta interioris humeri tuberculi cutem eſt conſpicua.

Præſens ramus t inſignitus, obliquè ad mediam cubiti articuli flexus ſedem ſub cute fertur, ac cum humerariæ ramo h notato coiens, communem efformat venam α indicatam.

u Axillaris iuxta interius humeri tuberculum bipartitionis poſterior vena, quæ plures eaſdemque varias à ſe ſoboles diffundit.

x,x Poſterioris venæ u notatæ ramus, qui ſub vlna deorſum ad brachiale porrigitur, & paſſim in conterminam ipſi cutem digeſtus ſobolem offert humerariæ ramo brachiale iuxta minimum digitum conſcendenti.

y Vena in poſterioris articuli cubiti ſedis cutem excurrens.

z,z Notatur multiplex venarum ſeries, in interioris cubiti ſedis cutem diffuſa, & dein in interioris ſummæ manus ſedis cutem excurrens.

Verùm ſuperius Z venam notat ab axillaris venæ ramo t inſignito principium ducentem.

Inferius autem Z indicat propagines, quas axillaris venæ ramus x & x inſignitus internæ cubiti regioni offert.

q; Venularum Veneris monticulum implicantium cum ramo δ notando coitus. eſt nanque ramus is propago illarum venarum, quæ externam manus ſummæ ſedem inter pollicem & indicem perreptant.

α Vena communis ab axillaris ramo t & humeriæ ramo h conflata, quæ per internam cubiti ſedem deorſum obliquè radium conſcendens exporrigitur, ac tandem radium ſupergreſſa in exteriorem cubiti ſedem per inferiorem ipſius regionem excurrit, ramulos quoſdam in progreſſu ad proximam ipſi cutem diſpergens.

β Communis venæ iuxta radij humiliorem partem, qua brachiale reſpicit, diuiſio, γ aut γ aut λ

γ non abſimilis: cuius quidem alterum crus γ inſignitum, externam ſummæ manus ſedem pollici ac indici ſubiectam, ipſumque pollicem & indi-

δ cem accedit, & ramulum δ indicatum in internam manus ſedem digerit.

ε Alterum autem crus ε inſignitum, verſus medium & annularem potiſſimùm abſumitur.

Ramis externam ſummæ manus ſedem adeuntibus varia à noſtris medicis imponuntur nomina, quæ quum inter ſe admodum pugnent, & paſſim ſint obuia, aliquid de ipſis iam dicendum arbitror: hunc characterum indicem lubentiùs barbaris nominibus occupaturus, quàm orationis qua has venas deſcribam ſeriem.

Græci igitur & Latiniores medici in vniuerſa manu paucas venas proprijs nominibus appellarunt.

Venam nanque per brachij interiora alamque excurrentem in vtroque brachio, quia axillam ſeu alam perreptat, axillarem vocauerunt: quemadmodum & cubiti interiorem, quòd ſcilicet per cubiti interiora potiſſimùm exporrigatur.

Verùm priuatim dextræ manus axillarem iecorariam vocarunt, quòd in iecoris affectibus illam diuidere ſoleant.

Siniſtræ autem manus axillaris lienaria ipſis dicitur, quòd in lienis morbis hanc plerunque aperiant.

Sic rurſus ὠμιαίαν ſeu humeralis a inſignita, ſimpliciter ſuum nomen obtinuit, quòd per humerum in manum feratur: etiam cubiti exterior nuncupata, quoniam cubiti exterius latus perreptat.

Hippocrates in libris de Articulis hanc videtur craſſam venam nuncupaſſe.

Quia verò capitis morbis hæc mederi creditur, etiam capitis vena eſt dicta.

Ramos verò h & t notatos & venam communem, quam α notauimus, conſtituentes, medias venas nuncuparunt, quòd ſcilicet ad flexus cubiti medium ducerentur, aut quòd inter cubiti exteriorem venam & interiorem eſſent mediæ.

Ab obliquo autem ipſorum ductu obliquas quoque illas vocarunt.

Communem (quæ α inſignitur) nuncuparunt, quę ab illis ramis h & t notatis conſurgit, atque interiori & exteriori cubiti venis communis eſt.

Præter hęc nomina vix alia apud illos reperias.

At ſi Arabum libros verſes, nominum acerui paſſim occurrent eidem venę vix vnquam accommodatorum.

Quo autem aliquid certius de his quoque depromam, ſtudioſorum nomine, qui me his nominibus in Anatome remorari ſolent, non grauabor Auicennę interpretis nomina hîc recenſere, quę Fen prima libri primi doctrina quinta Capite

# CHARACTERVM TOTIVS VENAE CAVAE DELI-
neationis index.

quarto leguntur. In quo Capite Auicenna ex propoſito manus venas deſcribit, earum ſeriem à Galeni libro tertio de Adminiſtrandis ſectionibus, aut potiùs ab Oribaſio petens.

Auicenna igitur aut ipſius interpres, Spatularem vocat humerariæ partem à iugulari externa ad eam vſque ſedem ductam, qua humeraria brachij cutem primùm ſubit, quæ pars duobus a in noſtra delineatione complectitur.

Quà autem humeralis brachio exporrigitur, illam Cephalicam quaſi capitis venam nuncupat. Hæc inter inferius a & f continetur. Tertium humerariæ ramum, quem i inſigniuimus, Funem brachij appellat.

Axillaris ipſi Aſellaris dicitur. Communis verò α notata, Nigra: vbi autem hęc obliquè ad radium contendit, Baſilica ipſi vocatur.

Alterius communis venæ cruris, illius nimirum diuiſionis quam γ aut Y aſſimilauimus, ſub annulari & indice porrectus, Syelen Auicenna appellatur.

Verùm aliàs ſubinde apud Arabes & barbaros illam Syelem vocari obſeruabis, quæ iuxta brachiale ab humerariæ ramo i notato, & axillaris venæ propagine x inſignita conſtituitur, & l notatur. cui eadem quæ axillari medicorum vulgus nomina imponit, hanc quoque Saluatellam & Salubrem vocans.

Quanquam rurſus communis venæ ramum γ notatum verſus pollicis & indicis regionem exporrectum, alij ſaluatellam vocent, huic eadem quæ humerariæ nomina largientes. Ad hæc, axillaris medicis potiſſimùm Baſilica, interdum & Nigra, aliquando & Funis brachij nuncupatur.

Humeraria etiam ocularis & auris, quod ſcilicet earum partium inflammationibus medeatur, non quod humerariæ ortus ſub aure primum ſit: quod tamen temerarie docuit Ariſtoteles.

Cæterùm communis vena, Media, Mediana & Corporalis vulgò dicitur.

ζ VENAE cauæ portio, qua inferioribus corporis partibus nutrimentum adminiſtratur.

η Vena in pinguem membraneamque ſiniſtri renis tunicam, conterminasque ſedes excurrens.

θ Grandis vena ad dextrum renem exporrecta.

ι Grandis vena ſiniſtrum renem petens. hæc, vti & dextra, quòd ſeroſum ſanguinem ad renes defert, ſeroſusque humor quodammodo ab ipſa emulgetur, Emulgens vulgò nuncupatur.

κ Propago à vena in dextrum renem deducta, in pinguem renis dextri tunicam excurrens.

λ, λ Seminalis vena ſiniſtra.

μ, μ Seminalis vena dextra. Hæ venæ in progreſſu peritonæo cui ad dorſum firmantur, hærentque, ſurculos communicant, & ramulos membranis teſtem vaſaque ſenaria ambientibus diffundunt.

ν Seminalium venarum ſedes, qua hæ primum implicari, ac varicum modo conuolui incipiunt.

ξ Venæ geniculatim à caua in dorſalem medullam, quæ lumborum vertebris continetur, ac demum ad ipſas lumborum vertebras, ipſisque accumbentes muſculos & peritonæum digeſtæ.

ο Venæ cauæ ſupra oſſis ſacri initium in duos truncos diſtributio, Λ aut vniuerſo ν aut V non abſimilis.

ϖ Ramus vtcunque amplus, tranſuerſim in peritonæum & lumborum carnes, abdominisque muſculos diſtributus.

φ Ramuli aliquot in ſuperiora oſſis ſacri foramina miſſi.

ϛ, σ Siniſtri trunci magnæ illius ſuper os ſacrum bipartitionis in duos ramos diſtributio, quorum interior ϛ notatur, exterior σ.

τ, τ Interioris rami, quem ϛ notauimus, exterior propago, in muſculos exteriorem ilium oſſis ſedem occupantes, & in clunium cutem conterminasque partes frequenti ramorum ſerie tranſuerſim digeſta.

υ Interioris rami ϛ inſigniti interior propago, atque eius propaginis rami humilioribus ſacri oſ-

χ, ψ ſis foraminibus diſtributi. χ verò & ψ reliquas interioris huius propaginis ſoboles, vti hac parua tabella eas delineare datum eſt, exprimunt.

Porriguntur autem illæ ad ani muſculos, veſicæ fundum, & ceruicem: mulieribus etiam ad humiliorem fundi vteri ſedem, ipſumque adeò vteri collum.

ω Vena ab exteriori ramo, quem σ indicatum conſpicis, deprompta, atque cum reliquo interioris rami ϛ notati coiens, quà id pubis oſſis foramen perreptat.

ϻ Hac ſede vena pubis oſſis foramen permeans, præter alios ipſius ſurculos venulam in coxendicis acetabulum porrigit, hicque in iſtius regionis muſculos diſſeminatur.

ϸ Vnus ex ramis venę pubis oſſis foramen tranſeuntis notatur, qui cutem ad internam femoris ſedem inibi ſubit.

ϟ χ Congreſſus dictæ nuper venæ, cum ramo magnæ in crus diſtributæ venæ perficitur, quem 2 notabimus.

Γ Vena ab elatiori ſede exterioris magnæ illius trunci rami, quà is peritonæum perforat, principium ducens, quæ peritonæo & abdominis muſculis vtique ramos offert.

Inter cæteros autem præcipuus ſub recto abdominis muſculo ſurſum conſcendit, & ſupra vmbilici regionem in aliquot diſſectus ſurculos, eas reſpicit ſoboles, quę huc à vena ſub pectoris oſſe deducta pertingunt, ea videlicet ſede cui M aſſcriptum cernis.

Δ Propago venæ in crus tendentis, quæ tranſuerſim ad genitalia conterminasque ſedes in ſurculos exhauritur.

Θ Prima magnæ crus petentis venæ propago per interiorem femoris tibiæque ſedem ſub cute deorſum ad ſummum vſque pedem perreptans.

Λ Propaginis Θ inſignitæ ramus, femoris interiora ad inguina accedens.

Ξ Dictæ propaginis ramus ad anterioris femoris regionis cutem verſus exteriora digeſtus.

Π Dictæ propaginis ramus, primo tibiam mouentium muſculo oblatus.

Σ Dictæ propaginis ſoboles, quas in anteriorem genu ſedem & poſteriorem quoque diſpenſat.

Φ Hac

# CHARACTERVM TOTIVS MAGNAE ARTERIAE DELI-neationis index.

♃ Hac ſede propago ⊖ indicata per ſedem tibiæ interiorem, ſub cute in varios multiplicesque ramos diſſcinditur, hicque opportunè dum ſanguinem mittimus aperitur.

☿ Hac ad anteriorem interioris malleoli ſedem nuper dicta propago ducitur, atque vti cernere eſt in pedis ſuperiora exhauritur.

☉ Ramus àgrandi vena crus petenti in anteriorem coxendicis articuli regionem exporrectus, eiuſque ſedis muſculis & cuti ſoboles vtcunque frequentes deriuans.

1 Ramus ſeptimo nonoque tibiam mouentibus muſculis & cuti femoris iuxta externam ipſius ſedem ramos deducens.

2 Grandis vena in quintum femur mouentium muſculum digeſta.

3,4 His duabus propaginibus inuicem coëuntibus vena conſtituitur, quæ inter muſculos poſteriorem femoris ſedem occupantes excidens, ſur-

5 ſum in femoris cutem ramos porrigit, quos 5 inſigniui.

6 Verùm maiori ipſius parte 6 notata, ſub cute per poplitem genuue flexum fertur, & in ſuræ cutem

7 numeroſa ſerie inibi digeritur, vbi 7 aſſcriptum ſpectas.

Porrò in delineatione, obſcurus ille ramulus, qui

8 8 reſpicit, deorſum magis deberet ferri: neque ſat ſcio qua vel mea vel ſculptoris negligentia is illic deſinit. Verùm mediocris eſt negotij illum verſus 8 notam, calamo deorſum protrahere, quum in dextro crure illum non neglexerim.

9 Magnæ crus petentis venæ in duos ramos diſtributio, quà hæc inter duo inferiora femoris oſſis capita continetur.

10 Interior dictæ diuiſionis ramus, ad poſteriores ſuram tibiæue ventrem conſtituentes muſculos & ad cutem internæ ſedis tibiæ ſuræque digeſtus, in-

11 ibique 11 inſignitus.

12 Dicti iam rami, quem 10 notauimus portio, ſecundum interioris malleoli poſteriorem ſedem ad internum pedis latus exporrecta.

13 Exterior ampliorque ramus diuiſionis 9 inſignitæ, qui mox in alias duas impares propagines digeritur.

14 Dictæ modò diuiſionis exterior propago.

15 Exterioris dictæ modò propaginis portio externum perreptans malleolum.

16 Interior illius diuiſionis propago, quæ inter tibiæ & fibulæ medium quà hæc oſſa inuicem dehiſcunt deorſum fertur, inter muſculos videlicet poſteriori tibiæ oſſis & fibulæ ſedi adnatos, & ligamentum, quod hæc oſſa ſecundum tibiæ longitudinem mutuò colligat.

17 Diuiſio interioris propaginis 16 inſignitæ, quæ ad medium longitudinis tibiæ perficitur. Atque hæc alterum ramum inter calcem & tibiæ os ad pedis inferiora mittit, alterum verò inter fibulam & calcem.

18 Soboles iam vltimò commemorati rami, quę inter tibiæ os & fibulam per membraneum eorum oſſium ligamentum in pedis ſuperiora digeritur, alijsque venis hâc proreptantibus commiſcetur. Atque ita quatuor ferè venarum radices ad pedis ſuperiora ſurculos porrigunt, nimirum. 12, 8, 18, 15 inſignitæ.

19 Venarum ad digitos ſeries indicatur.

Z

## *CHARACTERVM TOTIVS MAgnæ arteriæ delineationis index.* Z.

ARTERIAE magnæ ex ſiniſtro cordis ſinu exortus ( quam Ariſtoteles ἀορτὴν vocauit, eô quòd neruoſam ipſius partem, vel in mortuis conſpici poſſe diceret, inſtar vaginæ fortaſſis, quam Macedones ἀορτὴν vocant.

Verùm Ariſtoteles hanc cum caua comparans, ipſam minorem venam nuncupauit.

Alij Græcorum vocant eam μεγάλην. alij ſimpliciter κοιλίαν, alij ὀρθὴν. nos magnam dicimus arteriam. Nonnulli rurſus venam vocarunt, qua ſanguis impetu per corpus diffuſus ducitur. Quidam Arabum interpretes audacem venam, alij neruum pulſatilem vocant.

Verùm eorum voces temporum iniuria omnes corruptæ leguntur, quemadmodum apud Haly interpretem, qui habet, eam Ariſtoteli aurithiam vocari.

Quamuis interim in Hebraicis Arabum interpretibus, omnia ferè partium nomina ex Græcis ita corrupta legantur, vt noſtræ ætatis medici ea ſonant.

B,B Duæ arteriæ cordis baſim coronæ modo ſuccingentes.

C Magnæ arteriæ caudicis in duos truncos bipartitio.

D Arteria obliquè ad primam ſiniſtri lateris coſtam contendens.

E Ramus quatuor ſuperiorum ſiniſtri lateris coſtarum interuallis ſoboles deriuans.

F Ramus per tranſuerſos ceruicis vertebrarum proceſſus ad caluariam vſque prorepens, & geniculatim dorſali medullæ viciniſque muſculis ſoboles offerens.

Vbi verò is in ſiniſtrum duræ cerebri membranæ ſinum exhauritur, illum abſcidimus. Præſenti enim tabula nullum eius membranæ ſinum expreſſimus, ſed tantum arteriarum, quas Galenus reticularem plexum, ſuis boum cerebris deluſus, formare arbitratur, ſeriem mox explicandam.

Verùm ſi horum ſinuum delineationem expetis, præter ſextam figuram & pleraſque vltimi tractatus, non mediocriter huc facient figura nona & poſtrema huius tractatus.

G Sub ſiniſtro pectoris oſſis latere ad vmbilici vſque ſedem excurrens ramus, à quo ſurculi digeruntur in verarum coſtarum cartilaginum interualla, & hinc in muſculos, pectori inſtratos, inſuper in ſiniſtram, qua thoracis amplitudo intercipitur membranam & abdominis muſculos.

# CHARACTERVM TOTIVS MAGNAE ARTERIAE delineationis index.

H Ramus posteriores ceruicem occupantium musculos accedens.

I Arteria ad cauam scapulæ regionem ac in eius sedis musculos prorepens.

K Ramulus ad humeri cum scapula articulum & summi humeri inferiora propagatus, nusquam interim ad cutem excidens.

L Propago in musculos anteriorem thoracis sedem integentes sparsa.

M Propago secundum thoracis latera deorsum procidens, ac musculo brachium deorsum trahenti intertexta.
Inter L & M ramulus vnus occurrit eorum, qui in glandulas alæ cauitatem opplentes dissem-inantur.

N Arteria simul cum interiori axillaris venæ truncо in manum excurrens, ac primi illi surculi sub N mox conspicui, in musculos humerum amplexantes propagantur.

O Arteria secundum posteriorem humeri sedem vnà cum quarto in brachium pertinente neruo, aliquousque in externam cubiti sedem reuoluta, ac vndique in alto interim latitans.

P,P Hi ramuli articulo cubiti cum humero sunt peculiares.

Q Axillaris arteriæ ramus radio exporrectus.

R Surculus ab arteriæ ramo Q insignito versus manus exteriora inter primum pollicis os & postbrachialis os, quo index suffulcitur, deductus.

S Ramus vlnæ exporrectus, ac in internam quoque manus extremæ sedem digestus.

* Ramulus musculis elargitus, qui externum latus postbrachialis ossis occupant, quo minimus digitus sustinetur.

T Arteriarum in extrema manu series.

V Amplior ascendentis arteriæ trunci portio, quæ rectà ad iugulum contendens, in duos impares ramos dirimitur.

X Sinister diuisionis in iugulo factæ ramus, qui & gracilior est, sinistriq; lateris soporalē constituit.

Y,Z Duobus his characteribus dexter ramus, qui sinistro longè amplior est, insignitur.
Verùm Y priuatim propaginem indicat, quæ in dextro latere prorsus in easdem soboles digeritur, in quas arteriam D insignitam in sinistro latere disseminari conspicis.
Cæterum Z dextram soporalem notat, quam, vti & sinistram, Arabum interpretes apopleticam, & somni, & letargicam, & subeteni, & decolationis venam appellant, quæ nomina pleroſque iugularibus venis accomodare antea retulimus.

a Sinistræ soporalis arteriæ in faucium regionibus
b in duos ramos distributio. ac b quidem externum, c verò & d internum indicant: quanquam duo posteriores hi characteres priuatim aliquid indicent.

c Arteriarum propagatio ad laryngem, fauces & linguam.

d Soporalis arteriæ pars caluariam petens, atque iuxta basim caluariæ in duos distributa ramos, quorum alter, qui sinistrum duræ membranæ sinum subit, hic, quà in caluariam mergitur, abtruncatus est. quòd præsenti figura eius membranæ sinus non duxerim delineandos, eos postmodum cum integra cerebri vasorum serie, peculiari figura, quæ numero sexta est exhibiturus, ex qua etiam alterius rami soporalis arteriæ caluariam ingredientis, distributionem petes, & si visum fuerit huic delineationi ex illa characteres adijcies, qui ferè essent L, q, r, ſ, u, u, x, α, β, γ, δ, quos hic explicarem, nisi satius omninò foret studiosum à cerebri vasorum serie tantisper abstinere, donec ego illam persequar.

b Soporalis arteriæ ramus, capitis exteriora implicans.

c Dicti modò & b insigniti rami propago, penitiùs inter faciei musculos excurrens.

f Rami b insigniti sub auris radice distributio, cu-
g, h ius anterior ramus g notatus, secundum tempora fertur: posterior verò, cui h inscripsi, secundum auris posteriora sub cute pariter atque ille spargitur.

i TRVNCVS magnæ arteriæ, deorsum ad dorsi vertebras explicatus.

k,k,k Propagines vtrinque ad octo inferiorum costarum interualla protensæ, & dorsali quoque medullæ ac musculis dorso & thoraci adnatis ramulos offerentes.

l Septi transuersi arteriæ.
Veritus, ne characterum copia integram magnæ arteriæ delineationem, alioquin hic satis obscuram, penitus corrumperet, priuata ad dextram effigie, quæ ordine quarta est, vtendum duxi, quę superiùs, vbi septo transuerſo arteriæ l indicatæ offeruntur, veluti ex magnæ arteriæ caudice dissecta est: inferiùs verò ad seminalium arteriarum, quas ι & ϰ indicabimus, exortum. In præsenti itaque figura iam enarrandis propaginibus duas radices pinxi, quum integra arteriæ delineatio vnicam (vt frequenter etiam occurrit) tantum habeat. In-
m dicet igitur m vtriusque, aut vnius duntaxat radi-
n, o cis exortum, n dextrum ramum, o surculum in humiliorem omenti membranam hic exporre-
p ctum, p propaginem in dextram ventriculi sedem, qua dorsum spectat, atque inferius orifi-
q cium educit, excurrentem, q ramum duodeno in-
r testino & ieiuni initio exporrectum, r propaginem ad dextram fundi ventriculi sedem deductam, ventriculoque & superiori membranæ o-
ſ menti ramulos exhibentem, ſ bilis vesiculæ arte-
t, u riolas, t arteriam iecori distributam. Cæterùm u insignitur sinister ramus, qui potissimum lienem
x adit: x propago secundum posteriorem ventriculi sedem, ad ipsius vsque elatius orificium progre-
y diens: y eius propaginis ramuli in ventriculū quà
z dorso innititur deriuati: z ramus orificiū vētricu-
α li superius, coronæ modo cingens: α ramus secundum elatiorē ventriculi sedem inferius illius ori-
β ficium accedens: β grandis in demissiorem omēti membranam excurrens propago, quæ etiam colo
γ intestino multis surculis implicatur: γ surculus in humiliorem omēti membranam hîc ad sinistrū
δ,ε latus excurrēs: δ & δ arteriæ lienis cauū subeuntes:
ε arteria sinistram fundi ventriculi sedem petens, ac ventriculo ipsique superiori mēbranæ omenti
ζ soboles deriuās: ζ ramuli ab alienis lienē accedē-

tibus

tibus arterijs, in leuum ventriculi latus deprompti.

ζ In integra delineatione, & ea quam hîc indici adhibuimus, aliud ζ occurrit, quo insignitur arteria in superiorem ac propemodum vniuersam mesenterij sedem propagata, & suis propaginibus in ieiunum intestinum & ilium & coli partem à iecore ad dextrum renem conspicuam sparsa.

ϰ Dextrum renem accedens arteria.

ϐ Arteria quæ in sinistrum renem exporrigitur.

ϛ,ϛ Dextri lateris seminalis arteria.

ϗ,ϗ Sinistri testis seminalis arteria.

ϡ Arteria humiliorem mesenterij sedem subiens, ac potissimum in colon intestinum, qua id à lienis regione ad rectum pertinet, ac dein in rectum intestinum discinditur.

μ,μ Propagines notantur, quæ geniculatim lumborum vertebras accedũt, & in piritonæum & musculos vertebris adnatos distribuuntur. Propago autem ad humilius μ consistens cæteris grandior est, atque ad abdominis vsque latera frequenti sobole excurrit.

ν,ν Magnæ arteriæ ad os sacrum in duos truncos distributio. Verùm isti characteres etiam surculos notant, ab humiliori arteriæ regione in ossis sacri foramina deriuatos.

ξ Interior ramus sinistri trunci iam dictæ diuisionis.

ο Interioris rami exterior propago in musculos excurrens, qui externam ilium ossis sedem & coxendicis articulum integunt.

π Interioris rami, ξ notati, interior propago in ossis sacri humiliorem sedem, vesicam & vesicæ ceruicem, ipsumque penem in mulieribus verò, in inferiorem vteri futuri regionem, & pariter in illius ceruicem surculos diffundens.

ϱ,ϱ Hîc etiam arterias appinximus, quarum sinistra ab vmbilico hîc inter ξ & σ ad interiorem prius commemoratum ramum perinde pertinet, ac si versus vmbilicum ab ipso deriuaretur.

ϛ Interioris rami ξ insigniti reliquum, quod ab externo ramo trunci diuisionis quæ supra os sacrũ fit, portionem ascisens, per pubis ossis foramen in crus delabitur, inibi in musculos pubis os occupantes digestum, & suo termino cum alia arteria, quæ in quintum femur mouentem musculum præcipuè digeritur, ac ↓ mox signabitur, coit, ea sede qua ω ascriptum cernis.

ϝ Propago exterioris rami sursum ad rectum abdominis sui lateris musculum conscendens, atq; præcipua ipsius sobole vmbilici regionem petens, reliquos autem surculos transuersim in humiliorem abdominis sedem dispensans.

ϕ Surculus transuersim secundũ pubis os ad pudẽda prorepens.

ϙ Sedes exterioris rami, qũa is modo in crus delabitur, ac in vniuersum crus disseminari incipit.

ϰ Ramus maioris crus petentis arteriæ in musculos propagatus, qui anteriorem femoris sedem sibi vendicant.

↓ Ramus ad quintum femur mouentem musculũ, & eos qui internam femoris sedem occupant digestus, vnoque ipsius surculo cum illius arteriæ coiens fine, quam per pubis ossis foramen procidere diximus, ac ω insignuimus.

ϱ Ramus in musculos posteriorem femoris sedem obtinentes deriuatus.

Δ,Δ Ramuli genu articulo peculiares. Hicq; grandis arteria in poplite reconditur.

Θ Grandis cruris arteria posteriorem tibiæ sedem petens.

Ξ Ramus fibulam amplexantibus musculis præcipuè autem septimo & octauo pedem mouentiũ oblatus.

Σ Arteria inter calcem & interiorem malleolum pedis inferiora subiens.

Π Arteria ad pedes humiliora accedens, inter calcem & exteriorem malleolum nonnunquam reflexa.

Φ Ramuli tibiæ cum calcis articulo proprij.

Ψ Propago pedis elatiora accedens.

Ω Arteriarum in pedis humiliori sede distributio.

FIGVRA quinta A, A notata portionem arteriæ à tergo finximus, vt aliquo pacto series proponeretur, qua hæc ramos costarũ interuallis ex posteriori ipsius sede digerit.

## *SEXTAE FIGVRAE (IN QVA VENArum ac item arteriarum cerebrum petentium series explicatur) Index.* aa.

PRAESENTI figura nuda vasorum cerebri delineatio proponitur, à venis arterijsq; incœpta, priusquam illæ penitus in caluariã mergantur.

Cæterùm si fortè hæc tabula singula cerebri vasa non ad amussim ostendat, eã nihilominus quo res alioquin difficilima minori negocio oculis subijciatur, ac à studiosis in dissectionibus prõptiùs obseruetur, non mediocriter accõmodaturã mihi persuadeo. Ne autem ramorum frequentia pleraque obscurarentur, vnius duntaxat lateris vasorum seriẽ (nisi quandoq; res secus exigat) delineatam cõspicis.

A Interior iugularis, qua iam caluariæ proxima est.

B Soporalis arteria. C Secunda vena.

D Prima caluariã petẽs vena. E Quarta vena.

F Tertia vena. G Quinta vena.

H Sexta vena. I Secunda arteria.

K Prima caluariã ingrediens arteria (ria.

L Tertia arte-

M Dexter, seu primus duræ cerebri mẽbranæ sinus.

N Sinister duræ cerebri membranæ sinus, quem secundum nuncupamus.

O Primi & secundi sinuum congressus.

P,P Tertius duræ membranæ sinus.

Q Tertij sinus finis osseo commissus septo, quo olfactus organorum sedes interdiuiduntur.

R Quartus duræ membranæ sinus.

S,S Ductus à dextro sinu pullulantes, ac in durę tenuisque membranarum sedes, quæ illis proximæ sunt, excurrentes.

T,T Ductus ex tertij sinus latere in tenuem diffusi

membranam, quos ſolùm abtruncatos depingere licuit.

V, V Ramuli ab infimo tertij ſinus angulo in eam duræ membranæ partem deriuati, quæ dextram cerebri partem à ſiniſtra ſeiungit.

X, X Tertij ſinus ſurculi cum illis commiſſi vaſculis, quæ per verticem caluariam ſubingrediuntur.

Y, Y Exiguæ propagines ab clariſſimo quarti ſinus angulo, in duræ membranæ ſedem aliquouſque excurrentes, quæ dextram cerebri partem à ſiniſtra hîc ſupra cerebellum interdiuidit.

a, a Ductus à dextro quarti ſinus angulo deprompti, qui in duram cerebri membranam, quà cerebello hîc incumbit, ac dein in tenuem & cerebelli & cerebri membranam diffunduntur.

b Ductus à quarto pendens ſinu, ac ſecundum totam longitudinem, humilioremque ſedem eius duræ membranæ partis propagatus, quæ dextram cerebri partem à ſiniſtra dirimit.

c, c, c Surculi ſurſum à commemorato iam ductu in dictam quoque duræ membranæ partem deriuati.

d, e A quarto ſinu propagati ductus, qui venarum prorſus modo tenui membrana ſuffulti, ſecundum cerebri longitudinem ſupra calloſum cerebri corpus ducuntur. Ac vnus quidem qui d inſignitur, parti dextræ cerebri attenditur: Alter verò e notatus, ſiniſtræ parti exporrigitur.

f Ductus à quarti ſinus humiliori ſede in tenuem cerebelli membranam propagatus.

g Ductus f notati propago per cerebri anfractus gyroſque in humilimam dextri cerebri ventriculi ſedem pertingens, ac cum hâc aſcendente arteria, quam y notabimus, coiens.

h Ductus f notati propago retrorſum repẽs, ac multifariã in tenuem cerebelli membranã diſſectus.

i Præcipua quarti ſinus propago, ſub cerebri corpore fornicis cameræque modo extructo, ad interiorẽ vſq; ſedem tertij ventriculi cerebri procurrẽs.

k Propaginis i notatæ in duas partes diſſectio: in

l qua l partem indicat dextro exporrectam cerebri

m ventriculo, m verò eam quæ ſiniſtrum adit, hicque abtruncata cernitur.

n Tertiæ caluariam ingredientis venæ ſurculus, ad auditus organum exporrectus.

o, o, o Series ſinus duræ membranæ, in quem tertia vena exhauritur, cui perpetuò ſinus attenditur, in quem tertiæ arteriæ ramus r notandus abſumitur.

p, p Propagines eorum quos iam vltimò commemorauimus ſinuum in tenuem cerebri membranam ſparſæ.

q Diuiſio tertiæ & maximæ caluariam ingredientis arteriæ, ſimul atque in caluariæ amplitudinem mergitur.

r Ramulus tertiæ arteriæ, qui in durę membranę ſinum abſumitur, atque ſecundum cerebri latera excurrit, o, o, o, notata.

ſ Ramulus per proprium foramen in narium amplitudinem digeſtus, & quodam ſurculo t inſignito naſi extremum accedens.

u, u Duo grãdes rami eius diuiſionis, cui q inſcribitur.

x Propago ex grandium illorum ramorũ, quos u & u notauimus, coitu per ſecundi paris neruorum cerebri foramen ad oculos potiſſimùm excidens.

* Propago craſſior dicti modò congreſſus, quæ duram cerebri membranam perforat, ac mox in duos ramos bipartitur β & γ, inſignitos.

β Ramus propaginis * notatæ, in tenuem cerebri membranam frequenti ſobole hîc diſperſus.

γ Ramus propaginis * inſignitæ, dextrum accedens cerebri ventriculum, & plexum efformans, qui

δ extimo fœtus inuolucro confertur, quique hîc notatus conſpicitur.

### *FIGVRAE SEPTIMAE (IN QVA DElineatur vena Arterialis) Index.*

SEPTIMA figura exhibetur nudæ & ab omnibus partibus liberę venę arterioſę delineatio: cuius orificium apertum finxi, vt tres membranę ſanguinem è pulmonibus, dilatato corde, in dextrum ipſius ſinum regurgitare prohibentes, in conſpe-

1, 2, 3 ctum venirent. notantur autem illæ notis, 1, 2, 3.

A Sedes, qua arterialis vena ex cordis dextro ſinu originem ducit.

B Interior arterialis venæ tunica, quintuplo propria venæ tunica craſſior.

C Exterior venæ arterialis tunica, peculiari reſpondens venarum tunicæ.

D Arterialis venæ caudicis in duos truncos diuiſio:

E ac E quidem dextrum truncum indicat, multiplici ſobole dextris pulmonum ſedibus diſtribu-

F:G, G tum: F verò dextrum indicat truncum: G & G autem inſignitur arterialis venæ per pulmonum ſubſtantiam ſeries.

### *FIGVRAE OCTAVAE (QVAE ARTEriam venalem exprimit) Index.*

OCTAVA figura nudæ omnibuſque partibus liberæ venalis arteriæ delineationem proponit, ipſiuſque characteres ita ſe habent.

H Venalis arteriæ à corde pronaſcens initium. Huius vaſis orificij membranæ quia in corde conſiſtunt, hîc ſimul cum vaſe, vt in arteriali vena, exprimi nequierunt.

I Indicatur craſſities ſimplicis arteriæ venalis tunicæ.

K, L Prima venalis arterię diuiſio, ſimul cum ipſius ortu facta.

M, M &c. Series venalis arteriæ per pulmonum ſubſtantiam innumeris propaginibus facta.

66. VENARVM ET ITEM ARTERIARVM OMNIVM INTEGRA ABSOLVTAQVE DELINEATIO, IN HOC POTISSIMVM PARATA, VT IN CONSPICVO ESSET, QVAENAM VENAE CVM arterijs porrigantur, & quæ abſque arteriarum conſortio per corpus repant, ac rurſus cuiuſmodi arterias Natura coniugibus venis deſtituerit.

### *CHARACTERVM OMNIVM IN NOna, & poſtrema figura cum ſuis figuris particularibus occurrentium Index.*

IN præſenti figura primùm maiuſculi Latinorum occurrunt characteres, organa præter venas arteriaſq; obuia notãtes, Significatur itaque.

A, A, A Septum tranſuerſum.

B Cordis inuolucri portio, inibi aſſeruata, vbi id ſepto continuatur.

C Cor ſua ſede repoſitum.



D, D, D, D

# VENARVM ET ITEM ARTERIARVM OMNIVM integra absolutaque delineatio.

D,D D,D Quatuor pulmonis fibræ, lobive.

E Aspera arteria.

F,F Gibbi iecoris magna portio magis conspicua in 4 particulari figura ac ibidem notata. FF.

G,G Cauum iecoris.

H Vesicula excipiendæ bili flauæ parata. Si interim ex characterum serie aliqui omittantur, non ideo aliquid præsenti figura expressum, nos innotatum præterijsse arbitraberis, quum ex reliquis tabulis huc duntaxat tantum assumpserimus, quantum venarum arteriarumq; digestioni ostendendæ sufficere duximus.

O Lienis caua sedes.

P Dextri renis anterior sedes.

Q Sinister ren.

S Hanc literam ne inuestiges in grandiore figura, verùm in septima & octaua particularibus figuris: In septima notat virilem vesicam simul cum vmbilico & vasis vmbilico ascriptis, reliquisque partibus, quas sparsim in characterum explicatione indicabimus. S in octaua figura designat muliebrem vesicam pariter cum vmbilici vasis & vrmarijs meatibus: plura de hijs vide in indice particularium figurarum.

V Venæ cauæ caudicis sedes, inter septum transuersum & cor consistens.

V,X Vasorum coronarum ritu cordis basim ambientium sedes, atque adeò cordis basis.

Y Cordis mucro.

Z Rami ab arterijs venisque coronalibus deorsum per cordis superficiem diffusi.

a Hac parte cauæ caudex in dextrum cordis sinum dehiscit.

b Dextra cordis auricula.

c Sinistræ auriculæ cordis mucro.

d Venæ arterialis caudex. Venalis autem arteriæ initium quia in sinistro cordis latere (vt hic cauæ orificium in dextro) consistit, conspici hac figura nequit.

e,e Notant tamen e & e venalis arterię & venę arterialis in dextram pulmonis partem progressus, non dum pulmonis substantia vndique circundatos.

f Magnę arterię caudex.

g Magnę arterię truncus, partes cordi subditas petens.

h Superiora petentis magnæ arterię trunci portio, sinistro brachio potissimum oblata.

i Dicti modò trunci insignior portio, atque adeò ipsius in duos inpares ramos distributio, quorũ

k alter sinistra est soporalis k notata, grandior verò dextram format soporalem l insignitam, &

l arteriam potissimùm in dextrum brachium ex-

m currentem, & m notatam.

n,n Hac excurrunt septi transuersi nerui, quorum initium in figura cui illa cuius indicem prosequimur, firmatur, P insignitur.

o Venæ pari destitutæ initium, ipsius verò reliquam seriem prima particularium figurarum exhibet: quæ est quasi resecta huius pars, ea ragione cogitatione, committenda, vbi vtraque portio o signatur: quæ in maiori figura exprimi non potuit quod pulmones occupent anteriorem pectoris faciem, cum reliquum illud venæ pari destitutæ hinc petat posteriora pectoris versus dorsi vertebras: huius clarior mentio facta est in indice figuræ secundæ venarum, characteribus F.F.G.G.

* Cauæ in iugilo bipartitio, ac vtrinque ad p latera exortus apparent venarum pectoris ossi propriarum ac ad vmbilici vsque regionem excurrentium: huius exortus reliquam portionem secunda particularis figura præsefert: in qua

q pars illa notata charactere q, imaginatione connectenda venit, exortui in magna figura signatæ eadem litera. alteram partem signatam * ad iungendam cogitabis litteræ Z in maiori figura: de hijs plura in indice secundę figuræ venarum litteris. L, M.

r Venæ superiorum aliquot costarum interualla adeuntis initium.

ſ,ſ Vena per transuersos ceruicis vertebrarum processus caluariam petens, atque in secundum duræ membranæ sinum simul cum coniuge arteria absumpta.

t,t,u,u x,x,y Notatur enim primus sinus t,t secundus u, u. tertius x,x. quarti initium y.

z Axillam petens vena, quæ in sinistro latere humerariam α indicatam promit. In dextro autem latere illius initium hic ab externa pendet iugulari.

β,γ Hic abtruncatæ propagines illæ sunt, quæ ab axillam petente vena in thoracis anteriora, posteriora & latera digeruntur.

δ Interior iugularis.

ε Interioris iugularis in duas venas distributio, quarum altera secundum duræ membranæ petit sinum, altera in latus sinistrum duræ membranæ excurrit.

ζ Exterior iugularis.

η Exterioris iugularis ad fauces distributio. θ ipsius pars post aures ad occipitium excurrens notatur, ι ad tempus & verticem κ ad faciem & frontem, λ ad secundum durum membranæ sinum, μ verò duo ipsius rami indicantur, quorum alter per octauum capitis os caluariam petit, alter per secundi paris neruorum cerebri foramen.

ν Aliquot subsequentes characteres in dextro ponuntur latere, soporalis arteriæ seriem indicantes. Atque hic ν arteriæ portionem indicat caluariam petentem, postquam ramum à se diffudit, cum externa iugulari ad faciem, & ad tempus & post aurem digestum.

ξ Soporalis ramus primum duræ membranæ petẽs sinum.

ο Præcipua soporalis portio per priuatum foramẽ caluariam petens.

ϖ Versus narium amplitudinem exporrectus ramus.

ρ Ramus in dextrum latus duræ membranæ excurrens.

ς,τ Rami soporalis præcipui, qui plexum reticularẽ efformare perperam creduntur.

υ Ramus oculos petens.

φ Ramus tenuem adiens membranam cerebri basi obuolutam.

χ Plexus,

χ Plexus, quem extimo fœtus inuolucro comparamus.

ϯ Sexti paris neruorum cerebri dexter neruus, illic abſciſſus qua ſecundum laryngis latus dorſum fertur.

α,α Dexter recurrens neruus.

1 Sexti paris neruorum cerebri truncus ſiniſter.

2,2 Recurrens neruus ſiniſter.

3 Neruulus cordis baſim accedens.

4 Poſteriora ceruicis & occipitium adiens vena.

5 Scapulæ poſteriora petens vena.
Verùm & ſi poſthac arteriam priuatim non inſigniamus, promptè ex delineatione liquet, cui nã venæ arteria exporrigatur.

6 Ad cutem qua ſummus humerus integitur.

7 Humeraria qua cutem ſubit, cubitumque adit.

8 Humerariæ ramus altiora cubiti articuli interdũ petens.

9 Ramus ab humeraria ad communis venæ conſtitutionem repens. Verùm modò conduxerit potius minores latinos characteres aſſumere, ne quum arithmetici characteres geminãdi eſſent, plura ipſis obliterentur.

a,a Humerariæ ramus per radium cubitique exteriora ad vlnæ appendicem & brachiale properans, axillariſque ramo p, aucta, & paruum digitum, deinde & annularem præcipuè accedens.

b Axillaris ramus, cuti anteriorem interioremque brachij ſedem inueſtienti diſpenſatus.

c Ad muſculos cubitum extendentes.

d Ramus quarrum brachij neruum ad cubiti vſque exteriora concomitans.

e Axillaris in duos trunces partitio.

f,f Truncus in alto latitans, & arteria vndique concomitatus, & per cubiti flexum in cubitum tendens.

g Dicti trunci ramus radio exporrectus, & ſurculos pollici, indici & medio exhibens.

h Arteriæ dictum ramum concomitantis ſoboles externam manus ſedem inter indicem ac pollicem accedens.

i Reconditi illius trunci ramus vlnæ exporrectus, & paruo digito, annulari & medio ſoboles depromens.

k Sub cute excurrentis axillaris trunci iuxta cubiti articulum diuiſio.

l Axillaris ramus communem conſtituens.

m Communis vena.

n Communis venæ inſtar Y diuiſio, atque dein ipſius per externam manus ſedem ſeries.

o Surculus communis internam manus adiens ſedem & hic alijs commixtus ramulis.

p Axillaris ramus vlnæ exporrectus, varieque in cutem diſſectus, & ſuo extremo cum quodam humerariæ ramo coiens, vbi π poſui mus.

q,q Series venarum internam cubiti cutem & volã implicantium.

r Hanc litteram ne ſcrutaueris in maiori figura cum ſit in 7. & 8. figuris notans vmbelici portionem.

ſ,ſ ſ,ſ, in eiſdem figuris notat venam ab vmbelico in iecur exporrectam: quæ connectenda venit epati depictæ inquarta particulari figura, vbi reliqua portio iſtius venæ ſignatur charactere.

t In ſeptima & octaua figura particulari notat meatum vrinam fœtus inter ſecundum ipſius inuolucrum & intimum deferentem.

u,u,u Septima & octaua figura, ſignificant arterias fetui particulares.

ε In maiori figura Portiuncula nerui iecoris cauo à ventriculi neruis deprompta.

ς,ς Hic admonendus mihi lector eſt tertiam particularem figuram continere ac exprimere inferioris omenti membranæ portionem, quæ poſteriori ventriculi ſubijcitur ſedi, ac venæ portæ diſtributionem ſimul cum arterijs neruiſque hac excurrentibus ſuſtinet: Inſuper præter eiuſmodi vaſa hic in eadem tertia figura Lien cum venis ac arterijs per meſenterium diffuſis ſpectatur totaque figura (ſi quis vellet) agglutinari poteſt maiori figuræ in iecoris cauo vbi ϒ, φ, τ, ε, in vtriſque figuris occurrentia inuicem reſpondeant.

ς,ς ς,ς, Igitur in maiori ac item tertia figura ſignificat meatum bilis veſiculæ duodeno inſertum.

τ In vtraque figura venæ portæ caudex.

υ Iecori inſerta arteria & neruus quoque illi exporrectus arteriæ.

φ Bilis veſiculam adiens arteria & neruus.

χ Venæ bilis veſiculam adeuntes.

ϯ In tertia vena & item arteria poſteriorem ventriculi ſedem iuxta ipſius inferius orificium accedentes.

ω In vtraque figura vena ventriculum petens, qua gibbum ipſius dextram dorſi ſedem ſpectat.

a In tertia figura vena, arteria, neruus, dextram fundi ventriculi ſedem implicantes.

b Minor portæ maximæ diſtributionis truncus.

c Grandior truncus maximæ partitionis venæ portæ.

d Vena & arteria duodeno inteſtino potiſſimùm exporrectæ, & ipſis attenſo corpore glanduloſo ſuffultæ.

e Vena cum coniuge arteria dextram ſedem adiẽs inferioris membranæ omenti.

f,f Radix arteria in iecur, ventriculum, lienem & omentum, & bilis veſiculam digeſtæ.

g Vena cum coniuge arteria ſuperius ventriculi orificium coronæ modo tandem cingens, atque in ventriculi figura inter α, & α, occurrens.

h Vena & arteria præcipuam inferioris membranę omenti ſedem pedens, & colon qua ventriculo exporrigitur implicans.

i,i Glanduloſum corpus vaſorum diſtributioni hic præfectum.

k Inferioris omenti membranæ ſiniſtram ſedem accedens vena.

l,l Vaſorum ſeries ad lienem.

m m n Vaſa ab illis quæ lieni inſeruntur ſiniſtram ventriculi ſedem adeuntia. Verùm præcipua n indican-

# VENARVM ET ITEM ARTERIARVM OMNIVM integra absolutaque delineatio.

dicantur, quæ siniſtram ſedem fundi ventriculi implicant.

o,o,o Series eſt venarum & item arteriarum inteſtinis propriarum.

p,p Radix præcipuæ arteriæ inteſtina petentis.

q,q Minor arteria inteſtinis propria.

r,r Glandulæ in meſenterio poſitæ, & nuper narratos vaſorum diductus corroborantes.

ſ In maiori figura foramen ſepti tranſuerſi ſtomachum tranſmittens, atque adeò ſinus iecoris ſtomacho cedens.

t Item in maiori figura iecoris ligamentum, quo ſiniſtra ipſius pars ſepto nectitur.

u,u Magna arteria ſeptum permeans, atque adeò ipſius ramus in dextram ſepti partem excurrens.

x In vtraque figura cauæ venæ caudex.

y In maiori figura: vena ſiniſtri renis pinguem accedens tunicam.

α Vena & arteria reni dextro oblatæ.

β Vena dextri renis pinguem tunicam intexens.

γ Siniſtrum renem accedens vena & arteria.

δ Siniſtra ſeminalis vena.

ε Dextra ſeminalis vena.

ζ Arteriarum ſeminalium ortus.

η,η Siniſtræ ſeminalis venæ & arteriæ congreſſus.

ι,ι Siniſtrum teſtem vnà cum tunica. adhuc ipſi propria, atque à peritonæo pronata, & ι, ι notata delineauimus: in quinta figura particulari ita tamen hic eſt diſſecta apertaque teſtis tunica vt nihil quo minus aptè certatur impediat. imò

x etiam muſculum illi innatum commonſtrat, x indicatum.

λ In eadem quinta figura particulari ad characterem. λ vena & arteria peritonæi amplitudinem egrediuntur.

μ Varicoſum corpus, ipſaque adeò venæ arterię varia & admirabilis implicatio.

ν Siniſter teſtis tunica ipſi proxima obtectus.

ξ,ξ Vaſis ſemen deferentis ad teſtem reuolutio.

ο,ο Vaſis ſemen deferentis aſcenſus ad pubis os.

π Siniſtri vaſis ſemen deferentis ad pubis oſſis poſteriora inflexus.

σ Dextri vaſis ſemen deferentis reflexus.

τ Dextri ſiniſtrique vaſorum ſemen deferentium coitus.

φ Vaſorum ſemen deferentium inſertio.

χ,χ Septima figura Glanduloſum corpus vaſorũ ſemen deferentium inſertionem excipiens.

ψ,ψ In eadem & ſexta figuris meatus vrinæ ſeminiq; communis.

ω,ϡ Sexta, ſeptima, & octaua figuris muſculus orbiculatim dicto iam meatui obductus.

ϻ,ϻ Sexta, & ſeptima figuris penis, atque adeò ipſius corpora.

a,a Rurſus in maiori figura a, a, ſignificat: venas & arterias lumborum vertebris, ipſisque adnatis muſculis & abdominis lateribus exporrectans.

b In eadem maiori figura venę cauę & arterię ſuper os ſacrum partitio.

c,c Arteriolę ſunt ſacra oſſis foramina petentes.

d Siniſtri partitionis dictæ trunci diuiſio.

e Interioris rami dictę diuiſionis propago, nates & coxendicis oſſi adnexa petens.

f Dicti rami propago tandem veſicæ & vtero digeſta.

g Pars eſt arteriæ fœtui peculiaris, quam antea ad veſicæ latera u, vti & hic quoque in maiori figuræ portione notauimus.

h Portiuncula exterioris rami dictæ antea diuiſionis ad reliquum accedens interioris rami.

i Reliquum interioris rami per pubis oſſis foramen in muſculos interiorem femoris ſedem occupantes diſtributum.

k Sedes qua ſoboles dicti reliqui alteri venæ commiſcetur. Verùm hic ex tabula promptè animaduertis, quando & arteriæ ſubaudiendum eſt, quum ſcilicet venæ arteriam attendi cernis.

l Exterioris rami propago, abdominis inferiorem ſedem ad vmbilicum vſque perrepens.

m,m Vena per femoris & tibiæ interiora ſub cute ad digitos vſque pedis diſtributa, & in progreſſu varios edens ſurculos.

n Coxendicis anteriora petens, ſub cute tamen.

o Muſculos & cutem femoris exteriorem ſedem occupantes intertexens.

p Muſculis anteriorem ſedem femoris occupantibus digeſta.

q Dictæ modò venæ congreſſus cum ea quæ per pubis oſſis foramen femur adit.

r Hàc præcipua femur petens vena ſecundùm femoris os reflectitur.

ſ,t Propagines muſculos, poſteriorem femoris ſedē occupantes, & cutem huius ſedis ad ſuram vſque accedentes.

u Diuiſio in poplite, atque adeò rami in muſculos à femoris capitibus hic pronaſcentes diſtributi.

x Maioris dictæ diuiſionis trunci vena, externam tibiæ cutem ad ſummum vſque pedem implicans.

y Vena & arteria (quanquam id non aditum oportuit) fibulæ exporrecta, ac inter muſculos latitans.

α Maioris dictæ diuiſionis trunci ramus, cutem internam tibiæ ſedem integentem, ad digitos vſq; variè ſubiens.

β Ramus dicti trunci ſuram ad calcem vſque petens.

γ Propago grandioris trunci inter muſculos tibiæ anteriorem ſedem occupantes, ad pedis vſque ſuperiora & digitos digeſta.

δ Trunci grandioris reliquum inter muſculos poſteriorem tibiæ ſedem ſibi vendicantes deorſum repens, & inter tibiam & calcem pedem ſubiens, ramulos digitorum inferiori ſedi communicans.

QVONIAM magna figura vna cum præcedētibus partibus figuris viri venas ac arterias omnes proponit, lectori me non incommodaturum duxi, ſi muliebrium vaſorum tantā ſeriem proponerem, quanta à virilibus vaſis illa differt. Quod duntaxat inſeminalium vaſorum ad teſtes ductu perficitur, & venis arterijſq; vterum implicantibus, quæ omnia octaua & nona figuris proponū-

tur,

tur, ipſeque characterum index eſt eiuſmodi.

ϕ Ramuli à vena & arteria in membranam excurrentes, qua peritonæo committuntur.

ι Portio venæ & arteriæ teſtem adeuntium, ſuperiorem fundi vteri ſedem petens.

κ Commixtio venæ & arteriæ ſeminalium, quæ inſtar pyramidis eſt, & varicibus aſſimilatur.

λ Teſtis ſiniſter.

μ,μ Vas ſemen à teſte in vterum deferens.

ν Obtuſus vteri fundi angulus, in quem vas ſemen deferens inſertionem molitur.

ξ Hac ſede fundus vteri in ceruicem terminatur, hacque regione ipſius conſiſtit orificium.

ο,ϖ Vteri ceruix.

ſ Hic veſicæ ceruix in vteri ceruicem producitur ac deſinit.

σ Vaſa ſunt inferiorem vteri fundi ſedem & ceruicem implicantia.

τ,τ Ceruicis vteri oris colliculi.

υ,υ octaua particulari figura meatus vrinam è renibus in veſicam deducentes.

cc. *PRIMAE NERVORVM FIGVRAE index.*

IN prima figura totius cerebri & cerebelli à membranis ipſa inuoluentibus liberorum baſis exprimitur, vt neruorum cerebri exortus opportunè oculis ſubijceretur. Hic enim ſimul cum primis neruorum exortibus tota ea dorſalis medullæ pars delineata eſt, quæ ab eius medullæ principio ad eam vſque ſedem pertinet, quà hæc in primam ceruicis vertebram labitur, ac vbi dorſalis medulla primùm verè nuncupatur.

SECVNDA figura neruorum dextrum latus proponit integri cerebri ac cerebelli, & dictæ in priori figura dorſalis medullæ partis, dura interim tenuique hæc omnia inueſtientibus membranis, nuſquam apparentibus. Adhæc prædicta neruorum ſecunda figura nudam ſeptem cerebri neruorum parium ſeriem in dextro tantum latere commonſtrat. quanquam & vbi neceſſum fuit, neruorum quorundam ſeriem etiam in ſiniſtro latere hic delineauerimus. Figuræ huius proportio in ea depicta eſt magnitudine, in qua corpus circumſcriberes, cuius veſica in infima præſentis figuræ ſede conſiſteret, & cuius thorax & abdomen ex anteriori parte conſpicerentur, facies verò verſus ſiniſtrum humerum conuerſa prorſus ex dextro latere ſpectaretur.

*CHARACTERVM DVARVM NOVEM ſubſequentibus capitibus communium figurarum Index.*

CHARACTERES hoc indice exprimendi, partim vtriſque figuris communes ſunt, partim verò nunc huic, nunc illi peculiares. quemadmodum his notis 1,2, quas characteribus ſubijciemus, ſignificabitur.

A, A 1,2 Cerebrum notatur.

B, B 1,2 Cerebellum.

C,1,2 Proceſſus ac veluti ſubſtantiæ cerebri tubera, quæ mammillares proceſſus vulgò nuncupantur. Ego in altero tantum latere prioris figuræ characterem adhibui, quòd parem vtriuſque lateris rationem eſſe nemo ambigat.

D,1 Dorſalis medullę principium ex cerebri pendens baſi.

E,1,2 Dorſalis medullæ pars iam caluariæ amplitudinem egreſſura, & in vtriſque figuris inibi abtruncata, vbi hæc latiſſimam ſubit vertebram.

F,1,2 Olfactus organo ſubſeruientes proceſſus neruis ſimiles, at caluariæ amplitudinem qua cerebrum continetur, notatu digna portione non egredientes.

G,1,2 Viſorij nerui, ſeu primum cerebri neruorum par. Cæterùm in prima figura ſiniſtri nerui principium G inſignitur in altera autem dextri nerui in oculorum ſede ductus.

H,1 Viſoriorum neruorum coitus.

I,1,2 Oculi tunica, in quam viſorius neruus expanditur & degenerat.

K,1,2 Secundum neruorum cerebri par.

L,1,2 Tertij neruorum paris minor & gracilior durioreque radix.

M,1,2 Tertij paris maior craſſiorue radix.

N,2 Minoris radicis propago ad ſuperiorem maxillam procidens.

P,2 Propago minoris tertij paris radicis in narium degenerans tunicam, quæ humiliori P priuatim indicatur.

Q,2 Minoris radicis propago in temporalem muſculum digeſta.

R,2 Maioris tertij paris radicis ramus capreoli vitis inſtar conuolutus, qui in temporalem inſeritur muſculum, ac duos à quinto neruorum pari à ſignando, ramos b & c notandos admittens, in maſſeterem ſeu manſorium muſculum, & buccarum muſculos, & cutem quoque diffunditur.

S,2 Maioris tertij paris radicis ramus ſuperiorum molarium dentium gingiuis, ipſisque adeò dentibus ſoboles ſeriatim diſtribuens.

T,2 Maioris radicis tertij paris propago in maxillæ inferiora os prorepens.

V,2 Propaginis T inſignitæ ramus inferiori labro multiplici ſobole oblatus.

X,X,2 Surculi à propagine T notata ordinatim in dentium inferiorum radices diffuſi.

Y,Y,2 Maxima maioris tertij paris radicis portio in tunicam linguæ ſoluta.

Z,1,2 Quartum neruorum cerebri par. Verùm humilius Z in ſecunda figura palati tunicam exprimit.

a,1,2 Quintum neruorum per auditui dicatum. Φ autem in vtraque figura priuatim huius paris portionem indicat, in concauitatem temporis oſſis delatam.

b,1,2 Ramulus quinti paris ex ipſius anteriori parte enatus.

c,1,2 Quinti paris ramulus per cæcum repens foramen, ac tandem, vt & ramulus b inſignitus cum tertij paris propagine capreoli modo intorta, ac cum ramo R in ſecunda figura notato, coiens.

d,1,2 Neruus non procul à quinti paris principio enatus, qui ab alijs Anatomes profeſſoribus præteritus, in muſculos maxillam inferiorem mo-

tur, ipſeque characterum index eſt eiuſmodi.

ϕ Ramuli à vena & arteria in membranam excurrentes, qua peritonæo committuntur.

ι Portio venæ & arteriæ teſtem adeuntium, ſuperiorem fundi vteri ſedem petens.

κ Commixtio venæ & arteriæ ſeminalium, quæ inſtar pyramidis eſt, & varicibus aſſimilatur.

λ Teſtis ſiniſter.

μ,μ Vas ſemen à teſte in vterum deferens.

ν Obtuſus vteri fundi angulus, in quem vas ſemen deferens inſertionem molitur.

ξ Hac ſede fundus vteri in ceruicem terminatur, hacque regione ipſius conſiſtit orificium.

ο,ϖ Vteri ceruix.

ſ Hic veſicæ ceruix in vteri ceruicem producitur ac deſinit.

σ Vaſa ſunt inferiorem vteri fundi ſedem & ceruicem implicantia.

τ,τ Ceruicis vteri oris colliculi.

υ,υ octaua particulari figura meatus vrinam è renibus in veſicam deducentes.

cc. *PRIMAE NERVORVM FIGVRAE index.*

IN prima figura totius cerebri & cerebelli à membranis ipſa inuoluentibus liberorum baſis exprimitur, vt neruorum cerebri exortus opportunè oculis ſubijceretur. Hic enim ſimul cum primis neruorum exortibus tota ea dorſalis medullæ pars delineata eſt, quæ ab eius medullæ principio ad eam vſque ſedem pertinet, quà hæc in primam ceruicis vertebram labitur, ac vbi dorſalis medulla primùm verè nuncupatur.

SECVNDA figura neruorum dextrum latus proponit integri cerebri ac cerebelli, & dictæ in priori figura dorſalis medullæ partis, dura interim tenuique hæc omnia inueſtientibus membranis, nuſquam apparentibus. Adhæc prædicta neruorum ſecunda figura nudam ſeptem cerebri neruorum parium ſeriem in dextro tantum latere commonſtrat. quanquam & vbi neceſſum fuit, neruorum quorundam ſeriem etiam in ſiniſtro latere hic delineauerimus. Figuræ huius proportio in ea depicta eſt magnitudine, in qua corpus circumſcriberes, cuius veſica in infima præſentis figuræ ſede conſiſteret, & cuius thorax & abdomen ex anteriori parte conſpicerentur, facies verò verſus ſiniſtrum humerum conuerſa prorſus ex dextro latere ſpectaretur.

*CHARACTERVM DVARVM NOVEM ſubſequentibus capitibus communium figurarum Index.*

CHARACTERES hoc indice exprimendi, partim vtriſque figuris communes ſunt, partim verò nunc huic, nunc illi peculiares. quemadmodum his notis 1,2, quas characteribus ſubijciemus, ſignificabitur.

A, A 1,2 Cerebrum notatur.

B, B 1,2 Cerebellum.

C,1,2 Proceſſus ac veluti ſubſtantiæ cerebri tubera, quæ mammillares proceſſus vulgò nuncupantur. Ego in altero tantum latere prioris figuræ characterem adhibui, quòd parem vtriuſque lateris rationem eſſe nemo ambigat.

D,1 Dorſalis medullę principium ex cerebri pendens baſi.

E,1,2 Dorſalis medullæ pars iam caluariæ amplitudinem egreſſura, & in vtriſque figuris inibi abtruncata, vbi hæc latiſſimam ſubit vertebram.

F,1,2 Olfactus organo ſubſeruientes proceſſus neruis ſimiles, at caluariæ amplitudinem qua cerebrum continetur, notatu digna portione non egredientes.

G,1,2 Viſorij nerui, ſeu primum cerebri neruorum par. Cæterùm in prima figura ſiniſtri nerui principium G inſignitur in altera autem dextri nerui in oculorum ſede ductus.

H,1 Viſoriorum neruorum coitus.

I,1,2 Oculi tunica, in quam viſorius neruus expanditur & degenerat.

K,1,2 Secundum neruorum cerebri par.

L,1,2 Tertij neruorum paris minor & gracilior durioreque radix.

M,1,2 Tertij paris maior craſſiorue radix.

N,2 Minoris radicis propago ad ſuperiorem maxillam procidens.

P,2 Propago minoris tertij paris radicis in narium degenerans tunicam, quæ humiliori P priuatim indicatur.

Q,2 Minoris radicis propago in temporalem muſculum digeſta.

R,2 Maioris tertij paris radicis ramus capreoli vitis inſtar conuolutus, qui in temporalem inſeritur muſculum, ac duos à quinto neruorum pari à ſignando, ramos b & c notandos admittens, in maſſeterem ſeu manſorium muſculum, & buccarum muſculos, & cutem quoque diffunditur.

S,2 Maioris tertij paris radicis ramus ſuperiorum molarium dentium gingiuis, ipſisque adeò dentibus ſoboles ſeriatim diſtribuens.

T,2 Maioris radicis tertij paris propago in maxillæ inferiora os prorepens.

V,2 Propaginis T inſignitæ ramus inferiori labro multiplici ſobole oblatus.

X,X,2 Surculi à propagine T notata ordinatim in dentium inferiorum radices diffuſi.

Y,Y,2 Maxima maioris tertij paris radicis portio in tunicam linguæ ſoluta.

Z,1,2 Quartum neruorum cerebri par. Verùm humilius Z in ſecunda figura palati tunicam exprimit.

a,1,2 Quintum neruorum per auditui dicatum. Φ autem in vtraque figura priuatim huius paris portionem indicat, in concauitatem temporis oſſis delatam.

b,1,2 Ramulus quinti paris ex ipſius anteriori parte enatus.

c,1,2 Quinti paris ramulus per cæcum repens foramen, ac tandem, vt & ramulus b inſignitus cum tertij paris propagine capreoli modo intorta, ac cum ramo R in ſecunda figura notato, coiens.

d,1,2 Neruus non procul à quinti paris principio enatus, qui ab alijs Anatomes profeſſoribus præteritus, in muſculos maxillam inferiorem mo-

# TERTIAE NERVORVM FIGVRAE
Index.

mouentes exporrigitur.

e,1 2 Sextum neruorum cerebri par, cuius vtrorumq; neruorum series in secunda figura indicatur. est autem sinister neruus, qui vmbrosus sub quinto pari quodammodo ducitur. Dexter autem magis candicat, & ipsi aliquot subsequentes characteres priuatim (quum vtriusque lateris nerui eadem sit ratio) adhibitos cernis.

f 2 Sexti paris ramus musculos posteriorem ceruicis sedem occupantes accedens.

g 2 Sexti paris ramuli in quosdã laryngis musculos hìc in descensu transuersim propagati.

h 2 Sexti paris ramus costarum dextri lateris radicibus exporrectus.

i,i,2 Portiunculæ intercostalium neruorum, sexti paris ramum hàc descendentem adaugentes.

k,k 2 Rami neruorum sexti paris in musculorum deprompti capita, quæ à superiori pectoris ossis sede, & clauiculis principium ducentia sursum feruntur.

l 2 Dextri nerui sexti paris ramuli, recurrentem dextri lateris neruum efficientes.

m 2 Dexter neruus recurrens, seu reuersiuus.

n 2 Soboles dextri recurrẽtis nerui, laryngis dispensatæ musculis.

o 2 Sinistri sexti paris nerui soboles, recurrentem sinistri lateris neruum constituentes.

p 2 Sinister neruus recurrens, qui perinde ac dexter, vocis neruus vulgò nuncupatur.

q 2 Sexti paris ramuli in pulmonum tunicam excurrentes.

r 2 Ramuli sexti paris, membraneo cordis inuolucro impliciti. Ab illis verò sinistri nerui surculis, qui ijs quos r indicauimus correspondent, cordis neruulus principium ducit.

ſ 2 Sexti paris neruorum portio, quæ stomacho cõmittitur, & series quoque qua vterque neruus bipartito scinditur. ac dexter sinistram superioris ventriculi oris sedem adit, sinister verò eius orificij dextræ parti implicatur.

t 2 Series sexti paris neruorum, in superius ventriculi orificium & proximas ventriculi sedes disseminata.

u,2 Ramus sexti paris neruorum dextram orificij ventriculi regionem ductus, tandem in iecoris cauum absumitur, vbi x ascriptum conspicies.

y 2 Prima propago rami neruorum sexti paris, qui dextri lateris costarum radicibus exporrigitur.

z 2 Ramulus primæ illius propaginis y notatę, qui in dextram sedem inferioris omenti membranæ, & colon intestinum hìc digeritur.

α 2 Sobolos prima illius propaginis duodenum accedens intestinum, & ieiuni initium.

β,2 Soboles dextram fundi ventriculi sedem perreptans ac frequentes surculos ventriculo & superiori omenti membranæ dispergens. Vbi verò * ponitur, præsentis propaginis in iecur & bilis vesiculam series in conspectum venit.

γ 2 Propago dextrum accedens renem.

δ 2 Propago in dextram mesenterij regionem, & huius sedis intestina frequenti ramulorum serie diffusa.

ε 2 Neruorum series dextram vesicæ regionem implicans.

ζ,2 Prima propago nerui sexti paris, sinistri lateris costarum radicibus exporrecti.

θ,2 Duæ notantur soboles propaginis ζ insignitæ, quæ inferiori membranę omenti & colo intestino quà sub ventriculo repit, offeruntur.

η 2 Series neruorum, qui lieni inseruntur.

† 2 Hac cruce ramum propaginis ζ notatæ insigniui, qui sinistram fundi ventriculi sedem perreptat, ventriculo & superiori membranæ omenti surculos deriuans.

χ 2 Propago in sinistrum mesenterij & eius sedis intestina excurrens.

λ 2 Sinistrum renem accedens propago.

μ 2 Series ramulorum sinistrum vesicæ latus admodum obscurè implicantium.

ν 2 Septimum cerebri neruorum: paritaque in secũda figura vtriusque lateris neruus quoque delineatus est, ac insignitus.

ξ 2 Septimi paris propago musculis dispẽsata, à stylum imitante temporum ossis processu principium ducentibus.

ο 2 Septimi paris cum sexto coitus.

ϖ 2 Septimi paris series, complurib us linguæ ac ossis vimaginem referẽtis, & laryngis musculis i nterexta.

1,2,3 Numeri characteres in priori figura ad dorsalis medullæ principium conspicui, tria indicant foramina; quorum duo lateralia 1 & 3 insignita illa demum sunt, per quæ arteriarum soporalium rami ad dextrum & sinistrum cerebri accedunt vẽtriculos. Medium verò foramen 2 indicatum, illud est quo pituita ex tertio cerebri ventriculo ad pelu m ducitur, quæ pituitam excipit, ac dein instar infundibili super glandem transmittit, quæ huic cerebri regioni subijcitur.

## *TERTIAE NERVORVM FIGVRAE index.*

QVAMVIS nuda septem neruorum cerebri parium delineatio in prima ac secunda neruorũ figura omnem sexti paris seriem ostendat, atque ita pariter neruos recurrentes exprimit, non absre me facturum arbitror, si peculiarem eorũ tabulam (quæ numero tertia est) vnà cum arterię magnæ & asperæ partibus, quantum scilicet ad ipsorum seriei attinet ostensionem, huic tractatui interijciam. quum horum neruorum adeò frequens medicis sit mentio, & intuitus pariter ob summum Naturæ miraculum nulli nõ sit longè iucundissimus.

A Arteriæ magnæ ex sinistro cordis ventriculo exortus, vbi hæc duas coronales arterias promit.

B Arteriæ magnæ truncus deorsum ad spinam reflexus.

C Arteriæ magnæ ramus obliquè sursum ad primã sinistri lateris costam tendẽs, ac in sinistram posteà manum excurrens.

D Arteriæ magnæ portio iugulum petens.

E Arteria transuersim dextram in manum procedens.

Quas verò hæc & illa quam D insigniuimus so-

boles diffundant, ex nuda arteriæ magnæ figuraque tertia arteriarum est subiuncta petas licebit.

F,F Soporalis dextri lateris arteria.

G,G Sinistra soporalis arteria.

H Asperæ arteriæ caudex.

I,K Duo asperæ arteriæ trunci, in quos hæc primùm ad pulmones finditur.

L Larynx, cuius musculorum, vt & linguæ & ossis referentis figuras, ex tabulis musculorum dudũ didicisti.

M Glandula laryngis radici vtrinque ad latus connata.

N Dexter sexti neruorum cerebri paris caudex.

O Sinister sexti paris caudex.

P Dexti nerui ramuli ad arteriam quæ dextræ exporrigitur axillæ, reuoluti, & in vnum coëuntes neruum, qui interdum vnico constat ramulo.

Q,Q Dexter neruus recurrens.

R Sinistri sexti paris caudicis furculi, qui ad arteriæ mægnæ truncum versus spinam detortum reflectuntur.

S,S Sinister neruus recurrens, qui etiam nonnunquã vnico incipit furculo. Reliquæ sexti paris neruorum propagines in nuda cerebri neruorum tabula spectandæ sunt.

## *QVARTAE NERVORVM FIGVrae index.*

Præsens quarta figura duabus modò consequentibus tabulis, quæ neruorum à dorsali medulla prodeuntium nudam seriem ostendunt, potissimùm subseruit. Hac namque sola dorsalis medulla, quam vulgo nucham dicimus, ab ea sede qua è cerebri basi principium sumit, ad extremũ ipsius vsque finem, ex humiliori sacri ossis sede procidentem delineatur.

A Dorsalis medullæ initium è cerebri basi pronatum.

B Hac sede dorsalis medulla non amplius simplex deorsum ducitur, verùm imaginem refert multorum funiculorum, qui simul commissi recta tenduntur.

1,2,3, 4,5,6,7, 1 Septem ceruici vertebræ. His quoque characteribus dorsalis medullæ neruorum paria designãtur, quæ ad clariorem sedem eius cui numerus inscribitur vertebræ spectant.

8,9,10, 11,12,13,14, 15,16,17,18,19, 1 Duodecim thoracis vertebræ.

20,21, 22,23,24,1, Quinque lumborum vertebræ.

25,26, 27,28,29,30,1. Sex sacri ossis ossa. os autem quod coccyx dicitur, hîc non appinximus, quia spinalem medullam non continet, nullusque neruus ab ipso elabitur.

3,4,5, 6,7. His characteribus neruorum radices notãtur, à dorsali medulla priusquam è caluaria labatur prodeuntium. Sunt autem radices hę eorũ cerebri parium, quæ singulis characteribus indicantur.

D,7 A B ad D in sinistro latere, & ad 7. in dextro latere dorsalis medullæ pars ceruicis vertebris contenta, & septem quoque eius partis parium radices insigniuntur.

E,19 A D ad E in sinistro latere, & à 7 ad 19 in dextro dorsalis medullæ pars ostenditur, thoracis vertebris complexa. Deinde eius quoque partis duodecim parium radices indicantur.

F,24 Ab E ad F in sinistro latere, & à 19 ad 24 in dextro vsque dorsalis medullæ pars notatur, lumborũ occupans vertebras, à qua quinque parium radices principium ducunt.

G,30 Ab F ad G in sinistro latere, & à 24 ad 30, in dextro dorsalis medullæ pars indicatur, senis sacri ossis ossibus contenta, & sex parium eius partis radices, adeò vt 7, & 19, & 24, & 30. sua serie dorsalis medullæ neruorum triginta paria proponantur.

H Dorsalis medullæ extremum inconiugatum ab ossis sacri fine procidens.

## *QVINTAE, ET SEXTAE CHARACTErum neruorum (quibus dorsalis medullæ neruorum series exprimitur) figurarum index.*

dd. ee.

SEXTA neruorum figura ossium dorsi contextum posteriori facie ita commõstrat, atque modò præcedens quinta eundem anteriori facie oculis subijcit. Dein vniuersa dorsalis medullæ neruorum series hac figura depingitur, quæ superiori figura min' oculis subiacet, & cui characteres non satis commodè illic ascribi potuêre. Cęterùm in vtrisque figuris dorsalem medullam adhuc in dorsi ossibus repositam finximus, vt neruorum parium numerus & egressus in procinctu ocyus esset, quodque iam dorsalis medullæ ossibus liberæ effigiem proposuimus.

QVONIAM præsens characterum index duabus figuris habetur communis, & nonnulli characteres vtrisque cõmunes, alij peculiares sunt, non inopportune has notas 1,2 pro characterum ratione illis subscribam. & licet numeri characteres in figuris sint obuij illis subiungendis notis parum obscuritatis accessurum arbitror.

A,1,2 Dorsalis medullæ sedes, qua primum vertebras ingreditur.

B,2 Prima ceruicis vertebra.

C,2 Prima thoracis vertebra. atque ita à B ad C septẽ ceruicis notantur vertebræ.

D,2 Prima lumborum vertebra. à C verò ad D duodecim thoracis vertebræ indicantur.

E,2 Principium ossis sacri. vnde etiam à D ad F quinque lumborum vertebræ in conspectum veniũt.

F,2 Primi paris neruorum dorsalis medullæ iam in vertebris positæ posterior propago.

G,1,2 Posterioris primi paris propaginis series. notatur autem præcipuè ramus ipsius trãsuersum primæ vertebræ processum accedens, inibi in musculos aliquot digerendus, quos in Capitum contextus serie explicabimus, ne fortè neruorũ dorsalis medullæ characterum explicatio, alioquin prolixa, in immensum excrescat.

H,1 Anterior primi paris propago.

I,2 Secundi paris posterior propago, atque hoc etiã charactere eius propaginis minor ramus insignitur.

K,2 Posterioris secundi paris propaginis crassior ramus.

L,2 Commixtio coitusve tertij paris rami, S in prima

# QVINTAE ET SEXTAE NERVORVM figurarum Index.

ma figura notandi, cum ſecundi paris ramo K iã indicato.

M,M 1,2. Craſſioris ſecundi paris ſeries ad verticis & occipitij cutem.

N,1 Anterior ſecundi paris propago.

3,1 Tertium par.

O,1,2 Poſterior tertij paris ramus retrorſum ad ſpinã ſecundæ ceruicis vertebræ reflexus, ac inter muſculos vertebris hac ſede adnatos latitans. Quando verò ſpinam contingit, extrorſum fertur per mutuum congreſſum dextri lateris muſculorum ceruicis poſteriora occupantium cum muſculis ſiniſtri lateris. atque hinc rurſus obliquè in latera ducitur. Hunc ſanè ductum omnium parium à tertio hoc, ad vigeſimum quartum vſque poſteriores rami imitantur.

P,1 Anterior tertij paris ramus, qui in quatuor diri-

Q mitur propagines. ac Q in priori figura primam indicat muſculis ceruicem flectẽtibus inſertam.

R. R in vtraque ſecundam propaginem, quæ cum quarti paris propagine Y notanda congreditur.

S. S in priori tertiam, quæ poſterioris ſecundi paris propaginis grandiori ramo K notato inibi com-

T. miſcetur, vbi L in ſecunda figura ſcripſimus. T in vtriſque quartam anterioris tertij paris rami inſinuat propaginem muſculis inſertam, qui tranſuerſis vertebrarum committuntur proceſſibus.

4,1 Quartum par. Veritus ne characterum copia præſentes neruorum tabulas obliteraret, quarti paris characteres in ſiniſtrum latus reieci, vt dextrum latus alioquin pluribus oneratum characteribus, hac ſaltem ſede liberum eſſet, ipſique quinti paris & ſubſequentium pariũ indices opportunius accommodarentur.

V,1,2 Poſterior quarti paris ramus.

X,1,2 Anterior quarti paris ramus in ternas diremptus

Y. propagines. Y in priori figura indicatur, prima propago, tertij paris propaginem R inſignitam

a. admittens a in eadem ſecunda propago in muſculos diſpenſata, tranſuerſos vertebrarum pro-

b ceſſus occupãtes. b ſimiliter in priori tertia propago, quinti paris portionem c notandam, ad ſepti tranſuerſi nerui conſtitutionem accedens.

5,1 Quintum par.

c,1,2 Quinti paris poſterior ramus.

d,1,2 Quinti paris anterior ramus, ab ipſius interno latere ramulum muſculis ceruicem flectentibus exporrigens, qui inter d & characterem o. eſt cõſpicuus.

e,1 Propago anterioris quinti paris rami, maximam conſtituens portionem ſepti tranſuerſi nerui.

f,1,2 Anterioris quinti paris rami propago, quæ inter muſculos occultata ad ſummum perreptat humerum.

t,t Characteres illi in ſecunda hoc modo t, t cõſpicui huius propaginis ſoboles notant, muſculis ſcapulam attollentibus oblatas.

g,1,2 Propaginis f notatæ ramus in cutẽ exporrectus, quæ ſummum integit humerum, & muſculũ quo brachium attollitur.

h,1,2 Propaginis f notatæ ramus muſculi, brachiũ attollentis parti inſertus, quæ à clauicula & ſummo humero, quà is clauiculæ articulatur, principium ducit.

i,1,2 Propaginis quam inſigniuimus ramus, brachium attollentis muſculi parti inſertus, quæ à ſcapulæ ſpina exordi tur: ſoboles autem rami i notati quæ in brachij cutem exporrigitur, cũ brachij neruorum notis π & π in vtraque figura indicabitur.

6,1 Sextum par.

k,2 Poſterior ſexti paris ramus.

l,m, Sexti paris anterior ramus. m verò ſurculus, quẽ à ſexto pari verſus n, hoc eſt ſepti neruum, deducitur.

n,n,1,2 Septi tranſuerſi neruus ex tribus ſurculis b, e & m conflatus. Quod verò vtriuſque lateris neruus & in priori figura & in poſteriori obliquo ductu incedat, hinc fit, quod interſepientes thoracem membranę propter cordis inuolucrum quod inibi amplexantur, hac ſede extuberant.

o,o,1 Septi tranſuerſi nerui in ſeptum ſeries.

p,2 Sexti paris ramus cauam ſcapulæ ſedem petens, & varijs oblatus muſculis.

q,1,2 Anterioris ſexti paris rami cum proximorum parium ramis implexus, portioque brachium accedens.

7,1 Septimum par.

r,2 Poſterior ſeptimi paris ramus, ſimiliter atque alij huius ſedis rami ſparſus.

ſ,1 Congreſſus ſeptimi paris cum proximis paribus, qui neruos in brachium deducit.

t,t,t,2 Propagines ſunt ſeptimi paris, ſeu potius nerui brachium petentis tertij, ac r notandi, quæ in huius ſedis muſculos ſcapulam & brachium mouẽtes accedunt.

8,1 Octauum par ſeu pariũ dorſalis medullæ in thoracis vertebris repoſitæ primum.

u,2 Poſterior octaui paris ramus.

x,1,2 Octaui paris congreſſus cum ſeptimo pari, à quo in brachium aliqui exporriguntur nerui.

y,1 Octaui paris propago ſecundum ſuperiorem primæ thoracis coſtæ ſedem ad pectoris vſque ſummum prorepens.

α,α,2 Surculi octaui paris, ſeu potius quarti brachium adeuntis neruis, qui in huius ſedis muſculos diffunduntur.

9,1 Nonum par.

β,2 Poſterior noni paris ramus.

δ,1 Ne γ vicinum ipſi γ offenderet, anteriorem noni paris ramum δ inſigniuimus, hic quoque notantes eius rami propaginem primæ coſtæ exporrectam.

ζ,1 Propaginis δ inſignitæ ſurculi, in muſculos thoraci hic inſtratos protenſi. Verùm huiuſmodi ſurculi in ſubſequentibus paribus exprimentur dilucidius.

10,11 12,13,14,15,16,17,18,19,1. Paria neruorum à nono pari ad vigeſimum vſque notantur, quibus eadẽ penè propaginum, & potiſſimum ad coſtarum interualla eſt ſeries.

ηη,1 Surculi inter coſtaliũ neruorũ ſexti paris neruorum cerebri ramum augentes, qui ſub tunica coſtas ſuccingente coſtarum radicibus exporrigitur.

# QVINTAE ET SEXTAE NERVORVM figurarum Index.

ϐ,ϐ,ϐ,1 In dextro prioris figuræ latere rami notantur, ab intercoſtalibus neruis in muſculos varia ſerie excurrentes, qui thoraci inſternuntur. Verùm in ſiniſtro latere paulo expreſſiùs eiuſmodi ramos inſigniui.

ϛ,1 Nam ϛ & ϛ ramos indicant in elatiorem partem exporrectos muſculi brachium pectori adducẽtis, cuius fibræ deorſum obliquè, vt & præſentes

ϰ,ϰ rami, porriguntur. ϰ verò & ϰ rami indicantur in humiliorem eius muſculi ſedem excurrentes, ac obliquè ſurſum. Porrò λ & λ rami oſtenduntur,

λ,λ, obliquè deſcẽdenti abdominis muſculo expor-

μ,μ recti. μ & μ rami inſinuantur in muſculum propagati, cuius ope brachium verſus dorſi humiliora ducitur. At eiuſmodi varij ſpectatuque iucundiſſimi ramulorum ductus & inflexus ex ipſa potius ſectione, quàm hinc vbi omnes delineati nequeunt, obſeruandi venjunt.

ν,1 In dextro latere ν ponitur, indicaturum nerui ſobolem papillæ elargitam.

ο,ο,1 Ramuli à decimooctauo pari & decimonono, principium accedentes muſculi femur mouentium ſexti.

π,π,1 Primus neruus brachium accedens, qui in externæ brachij ſedis cutem digeritur. Verùm in vtraque figura ρ ſecundus brachium ſubingrediẽs neruus erit, τ tertius, Φ quartus, * quintus, ϑ ſextus.

ρ,1,2 Secundus brachium petens neruus quem hoc in loco graciliorem expreſſi quam in ſeptima neruorum figura, pars notam.

ϛ,ϛ,1 Secundi nerui propagines, quæ capitibus anterioris cubitum flectentium muſculi digeruntur.

τ,1,2 Tertius brachium accedens neruus. Quòd verò ſecundus & tertius neruus paulò magis quàm natura ſe habẽt in brachij exteriora delineati ſint, in hoc factum putato, vt nerui inuicem in pictura magis quam natura diſtantes, omnia ad amuſſim oculis ſubijciant.

υ,1 Tertij nerui propago in cutem excidens, inter muſculum pectori brachium adducentem, & eũ qui brachium ſurſum ducit.

ϕ,1 Tertij nerui ramulus capiti oblatus, muſculi cubitum flectentium poſterioris.

χ,1 Tertij nerui propago, in cutem anterioris brachij ſedis diffuſa.

ψ,1 Hic congreſſus tertij neri portionis cum ſecundo notatur. verùm iam ſæpiùs obſeruauimus tertium neruum à ſecundo augeri, vti in figura etiã ſequenti neruorum ſeptima pinxi.

ω,1 Secundus neruus poſt congreſſum ipſius portionis tum tertio neruo deorſum prorepens.

Γ,1 Secundi nerui ſurculus capiti exporrectus oblongi & radium in pronum ducentis muſculi.

Δ,1 Nerui ſecundi ramus ſecundùm radium ad brachiale vſque properans, ac externam primi pollicis internodij ſedem ſub cute inibi aſcendens, vbi humilius Δ reponitur.

Θ,1 Nerui ſecundi ramus, iam dicto ac Δ inſignito craſſior: qui mox in duas propagines, Λ nimirũ & Ξ diuiditur.

Λ,1 Rami quem Θ inſigniui elatior propago, ſub cute ſecundùm internum latus repens muſculi oblongi & radium in pronum ducentis.

Ξ,1 Rami Θ inſigniti inferior propago.

Π,Σ,1 Inferioris illius propaginis Ξ notatæ duo præcipui rami, ſecundùm internam cubiti ſedem ad volam vſque frequẽter exporrecti, quemadmodum & in dextra delineatum eſt manu.

Φ,1,2 Quartus brachium ſubiens neruus. Huius nerui propagines etiamſi accuratè in vtraq; delineatæ ſint figura, poſteriori tamen duntaxat characteres adhibiturus ſum, ne prior figura plus ſatis hîc obfuſcetur.

ϑ,2 Quarti nerui propagines muſculis interdum extendentibus diffuſæ.

Ω,2 Quarti nerui ramus in crucem poſterioris brachij & cubiti articuli ſedis exporrectus.

32,2 Quarti nerui propago cutem accedens humiliori ſedi externi lateris brachij obductam.

33,2 Quarti nerui ſoboles in exterioris cubiti regionis cutem ad brachiale vſque protenſa.

34,2 Diuiſio quarti nerui, qua iam externo humeri tuberculo inſidet.

35,2 Elatior dictæ modò diuiſionis ramus.

36,2 Elatioris rami 35 notati, in exteriorem pollicis, indicis & medij ſedem propaginum ſeries.

37,2 Demiſſior ramus diuiſionis 34 indicatæ, qui vlnæ exporrigitur.

38,2 Propagines commonſtrantur dimiſſioris rami 27 inſigniti, quæ muſculis inſeruntur, ab externo humeri tuberculo initium ducentibus.

39,40,41.2 His notis propagines notantur demiſſioris illius rami qui vlnæ exporrigitur, quas offert trium muſculorum initijs, ab externa vlnæ regione ſecundùm ipſius longitũdinẽm pronatis.

42,2 Rami illius vlnæ exporrecti, ac 37 inſigniti finis, ac ſurculi, quos articulo brachialis cum cubito præbet.

*1,2 Quintus brachium ingrediens neruus.

43,1 Tertij & quinti brachium accedentium neruorum ſeries, in muſculos internam cubiti ſedem occupantes.

44,1 Tertij nerui ramus radio exporrectus, ac poſtmodum in internam ſedem pollicis, indicis & medij digeſtus.

45,1 Quinti nerui ramus vluę attenſus, & propagines deriuans internæ ſedi minimi digiti, & annularis, & medij.

46,1 Rami illius qui vlnæ attẽditur, ac 45 inſignitur, propago externæ ſedi minimi digiti, & annularis, & medij oblata.

ϑ,1,2 Sextus in brachium pertinens neruus.

47,1 Sexti nerui finis, non procul à brachialis cũ cubito connexu deſinens.

48,48,1 Surculi paſſim à ſexto neruo in cutem, cui is exporrigitur, excurrentes.

20,21, 22,23,24.1 Quinque paria neruorum è lumborũ vertebris egredientium.

49,49,1 Auigeſimo pari principium ducens ramus, cum ſeminali arteria ad teſtem exporrectus.

50,50,1 Series neruorum per abdominis muſculos.

51,1 Rami à neruis qui abdominis muſculis offeruntur, in muſculum excurrentes, quo brachiũ verſus

# SEPTIMAE NERVORVM FIGVRARVM index.

ſus dorſi humiliora ducitur.

52,52.2 Poſteriores rami neruorum è lumborum vertebris procedentium. Porrò ramuli qui in priori figura hos characteres 20, 21, 22, ſpectant, illi ſunt qui ramum augent ſexti paris neruorum cerebri coſtarum radicibus exporrectum, ac etiam ramuli ſunt digeſti in principium ſexti femur mouentium muſculi. Ramuli autem 23 & 24 ſpectantes, illi ſunt qui muſculis hanc dorſi partem flectentibus offeruntur.

25,26, 27,28, 29, 30. 1 Sex ſacri oſſis neruorum paria. Ramuli illi qui numero proximi ſunt, illi cenſentur, qui veſicæ & vteri quoque ceruicibus implicantur, aniſque muſculos pariter accedunt.

53.1 Primi paris oſſis ſacri, ſeu vigeſimiquinti paris propago, internæ ilium oſſis ſedi, ipſiſque adeò abdominis muſculis hinc ab ilium oſſe prodeuntibus exporrecta.

54.2 Vigeſimiquinti paris propago, gibbum oſſis ilium accedens, & muſculis inibi cluniumque cuti ramos offerens. Huc & à ſubſequentibus paribus ramuli pertinent.

55.2 Ramus eſt propaginis 54 inſignitæ, qui hîc muſculis offertur.

56.1,2 Dorſalis medullæ terminus abſque coniuge, indiuiſuſque procidens.

57.1 Primus femur ſubiens neruus.

58.1 Primi femoris curiſue nerui ramus cutem accedens.

59.1 Primi cruris nerui portio muſculis implicita.

60.1 Secundus in crus prorepens neruus.

61.1 Secundi cruris nerui ramus, ſecundùm internam femoris & tibiæ ſedem ad ſummum vſque pedem ſub cute prorepens.

62.1 Rami 61 inſigniti in pedis ſummum diſtributio.

63.1 Rami 61 inſigniti, notatu dignæ ſoboles cuti anteriorem genu ſedem ambienti digeſtæ.

64.1 Secundi crus petentis nerui portio, femoris profundiora ſubintrans.

65.1 Portionis illius quam 64 notauimus ramus facilè primarius, ac quinto femur mouenti inſertus muſculo.

66.1 Tertius in femur pertinens neruus.

67.1 Tertij crus petentis nerui ſoboles, in muſculos digeſtæ, pubis oſſis foramen occupantes.

68.1 Tertij femoris nerui ramus in cutem exporrectus.

69.1 Tertij femoris nerui portio in alto permanens, & muſculis implicita.

70.1 Præcipua modò dictæ portionis ſoboles muſculo diſtributa tibiam mouentium ſecundo.

71.1,2 Quartus, idemque craſſiſſimus in femur procedentium neruus.

72.1,2 Quarti nerui propago in poſterioris femoris ſedis cutem magna ex parte diffuſa.

73.1 Quarti nerui ſoboles in muſculorum capita depromptæ, quorum origo à coxendicis oſſis appendice pendet.

74.1 Quarti nerui ramus, primum quarti tibiam mouentis muſculi portioni à femoris oſſe principium ducenti oblatus, ac mox in cutem excurrens, quæ inferiori ſedi obducitur, poſterioris regionis femoris & genu articuli.

75.1 Rami quarti crus petentis nerui, qui capitibus offeruntur muſculorum, ab inferioribus femoris capitibus principium ducentium.

76.1 Quarti nerui in duos craſſitie impares ramos diuiſio, quam inter humiliora femoris molitur capita.

77.1 Gracilior ac exterior dictæ modò diuiſionis truncus.

78,78.1 Exterioris trunci propago, cutem ſubiens externæ tibiæ ſedi obductam.

79.1 Exterioris trunci propago cuti ſubtenſa, anteriorem tibiæ ſedem ambienti.

80.1 Interior craſſiorque truncus magnæ quarti nerui diuiſionis.

81,81.1 Interioris trunci propago cuti tibiam poſteriùs integenti ſubſtrata.

82.1 Propago exterioris trunci, interiori trunco commixta.

83.1 Interioris trunci in pedis humiliori ſede diſtributio.

84.1 Portio rami 78 notati, pedis ſuperiora accedens.

85.1 Portio interioris trunci, quæ cuti exporrigitur anteriori ſedi articuli obductæ, quo talus tibiæ articulatur.

86.1 Interioris trunci ramus, pedis ſuperiora accedens, ſed interim in alto latitans.

*SEPTIMAE NERVORVM FIGVRAE DElineatio, quæ ſeptem parium neruorum qui à cerebro & dorſalis medullæ initio pronaſcuntur, ortus proponit, & diſtributionem ſeriemq; omnium quæ à dorſali medulla in dorſo complexa originem ducunt, pulcherrimè refert, vti huius figuræ characterum Index docebit.* ff.

PRAESENTI figura cerebrum vnà cum cerebello cerebriſque exortibus eum in modum delineauimus, quaſi à caluaria enudatum in ipſius baſi ita conſpiceretur, vt appareret ſi quis erectus caput in poſteriora quàm maximè flecteret, ſurſum retrorſumque oculos acturus. Vt verò characterum Index huic chartæ pulchre adhiberi poſſet, figuram ac ſi altero careret brachio ac crure delineauimus, præcipuè quum eadem vtrinque ſit ratio.

A,B, C Cerebri ex altero latere baſis notatur, ac A indicat partem ipſius ad narium ſummum prominulam nonnulliſque mammillarem proceſſum nuncupatam. B verò cerebri partem inſinuat, amplum caluariæ ſinum ſubeuntem, qui ad latus ſinus conſiſtit, quo glans cerebri pituitam excipiens reponitur. C autem maximè poſticam cerebri ſedem notat.

D,D Cerebellum.

E Dexter cerebri proceſſus, organo olfactus ſubminiſtrans.

F Nerui viſorij dextri ortus.

G Neruorum viſoriorum coitus.

H Tunica, in quam viſorius neruus, exoluitur, degeneratúe.

I Secundum neruorum cerebri par.

K,K Minor radix tertij paris.

L Craſſior radix tertij paris.

M Quartum par.

N Quinti paris gracilior radix.

# SEPTIMAE NERVORVM FIGVRARVM
## index.

O Quinti paris insignior radix.

P Membrana, in quam quintum par inauditus organo præcipuè exoluitur.

Q, R Maioris quinti paris radicis propagines, quorum hæc per cæcum elabitur foramen, illa verò paraliud sibi proprium.

S Sextum neruorum par.

T Septimum neruorum cerebri par. atque horum neruorum progressus hic non delineari potuere, vti elegantissimè proponuntur secunda neruorum figura.

V Dorsalis medullę ex cerebri basis medio initium.

O Dorsalis medullę sedes qua caluariam egreditur.

1,2 &c. Numeri characteres septem ceruicis, duodecim thoracis, quinque lumborum, & sex sacri ossis indicant vertebras, atque adeò triginta neruorum à dorsali medulla prosilentium paria, quorum seriem quàm potui accuratissimè & simplicissimè in hac tabella meo marte delineata expressi. Verùm quia hic locus exiguam characterum declarationem admittit, non omnes neruorum soboles literis insigniturus sum.

P Septi transuersi dexter neruus, quem citra aliam characterum operam ex quarti, quinti & sexti parium propaginibus effórmari conspicis, promptum enim est delineationem intelligere, si prius descripta neruorum series hic picturę accommodetur.

Q Neruus à quinto pari cuti summum humerum inuestienti, & dein musculo brachium mouenti præcipuè distributus.

R Primus brachij neruus, ipsiusque propagines hic in cutem excurrentes.

S Secundus brachij neruus, ipsiusque in anteriorem cubitum flectentium musculum soboles.

T Tertius brachij neruus, ipsiusque propago cuti anteriori brachij sedem induenti oblata.

V Tertij nerui propago ad posteriorem musculum cubitum flectentium.

X Secundi nerui portio tertium accedens.

Y Ramus secundi caput adiens longioris radium in pronum mouentis musculi.

Z Secundi distributio in duos impares ramos.

a Minor ramus secundùm radium cuti ad pollicem vsque exporrectus.

b Crassior ramus mox in duas propagines diuisus, quarum series in conspicuo est.

c Tertij nerui soboles in musculos internam cubiti sedem occupantes digestæ.

d Tertij ramus radio exporrectus, ac dein pollici & indici & medio surculos offerens.

e, e Quartus brachij neruus. atque inferius e ramos notat musculis cubitum extendentibus deprompros.

f Quarti ramus internam brachij cutem adiens.

g Quarti ramus externam & posteriorem brachij accedens cutem.

h, h Quarti ramus cuti externæ cubiti digestus.

i Quarti præcipua distributio ad ingressum cubiti.

k, k Quarti ramus radio exporrectus, & externæ sedi pollicis indicis, & medij soboles offerens.

l, l Quarti, ramus vlnæ exporrectus, & musculis ab externa ipsius sede initium ducentibus ramulos exhibens, ac ante brachiale cessans.

m Quintus brachij neruus.

n Quinti nerui series in musculos ab interno brachij ossis tubere pronatos.

o, o Quinti nerui ramus vlnæ exporrectus, & internæ sedi parui digiti & anularis, aliquando & medij ramusculos dispergens.

p Dicti modò rami soboles in externam manus sedem reflexæ, ac externæ parui digiti sedi & anularis & medij surculos dispensans.

q, q Sextus brachij neruus, ipsiusque sub cute tantum ducta series. Quis verò brachij neruorum sit exortus, principiorumque plexus, absque notis promptè dignoscitur.

r, r, r Nerui sunt intercostales, illic præcisi, quà cum costis antrorsum reflectuntur.

ſ, ſ Rami in posteriora deducti, hic etiam nudique obuij.

t, t Huiusmodi serie nerui musculos adeunt thoracis ossibus instratos.

u, u Propagines indicantur, sexti paris neruorum cerebri ramum costarum radicibus exporrectum augentes.

x, x Propagines neruorum ex lumborum vertebris exiligentium, quæ abdominis & huius sedis musculis & cuti dispensantur.

y Neruulus testem frequenter petens, hîcque resectus.

z Propagines sextum femur mouentium adeuntes musculum.

& Primus femur petens neruus.

α Primi nerui propago cuti oblata.

β Primi nerui propago altius inter musculos absumpta.

γ Secundus femur petens neruus.

δ, δ Secundi nerui soboles per internam femoris & tibiæ sedem ad pedis vsque superiora sub cute excurrens.

ε Secundi nerui propago musculis anteriorem femoris sedem occupantibus deprompta.

ζ Tertius femoris neruus.

η Tertij propago, internam femoris cutem implicans.

θ Tertij propago musculos adiens.

ι, ι Quartus femoris neruus, cuius exortus ęquè atque trium superiorum est conspicuus.

κ, κ Series anteriorum propaginum inferiorum parium è sacro osse prodeuntium.

λ Dorsalis medullæ extremum.

μ Quarti femur petentis nerui propagines ad capita musculorum à coxendicis ossis appendice prodeuntium sparsæ.

ν Quarti nerui soboles in posteriorem femoris cutem ad medium vsque longitudinis femoris excurrens.

ξ Propago præcipuè in quartum tibiam mouentium musculum, ac dein in reliquam posteriorem femoris cutem iuxta genu digesta.

ο Soboles in musculos ab inferioribus femoris capitibus pronatos.

π, ρ Quarti nerui in duos truncos distributio. ac π quidem minorem, ρ verò insigniorem notat.

σ Minoris trunci propago, externæ tibiæ cuti ad par-

# OCTAVAE NERVORVM FIGVRARVM index.

parui digiti vsque extremum diffusa.

r Propago fibulæ inter musculos exporrecta.

u Ramulus anteriorem tibiæ cutem implicans.

p,p Grandioris trunci ramus internæ cuti tibiæ ad pollicem vsque digestus.

x Grandioris trunci ramus, posteriori tibiæ seu surę cuti exporrectus.

ɣ Grandioris trunci ramus, ligamentum penetrans fibulam tibiæ quà hæc ossa inuicem dehiscunt committens, ac dein ad digitorum vsque superiora excurrens.

ω Præcipua grandioris trunci portio, inter tibiæ os & calcem pedis inferiora petens, singulisque digitis surculos offerens.

## *OCTAVAE NERVORVM FIGVRAE IN vniuersam manum series index.*

PRAESENTI figura plexum qui supra primam thoracis costam anteriori in facie consistit (inquit Vesalius) nudum exprimere ita conatus sum, quemadmodum in postrema Anatome is mihi Patauij occurrit. Vt verò delineatio esset conspectior, omnes ramos à quinto, sexto, septimo, octauo & nono paribus aliò quàm in brachiũ deductos, resectos finxi, quemadmodum etiam à cadauere ex quo hanc tabellam desumpsi, eos abscecueram. Non est tamen, cur quis in omnibus hominibus huiusmodi prorsus plexum se obseruaturum arbitretur, quum is mihi admodum varius inter secandum occurrerit. Characteres autem quibus hæc figura insignitur, ita se habent.

5, 6, 7 Radices sunt parium neruos constituentium, qui brachium subeunt, illic resectæ, quà à vertebris iam procidêre.

8, 9 Nerui verò brachij illic sunt abtruncati, vbi iam in brachium prolabuntur.

A Portio est quinti paris, à qua tandem neruus deducitur, qui brachium subeuntium primus numeratur.

B Secundus neruus.

C Tertius neruus.

D Quartus neruus, qui hîc ex posteriori sede prodit congressus quinti paris & sexti, portionemque assumit ex posteriori sede congressus septimi paris, ac deinde sub octaui paris nonique congressu prorepens, etiam ramum E insignitum ab illo progressu ita atque hîc expressimus assumit. A quibus verò commixtionibus congressibusue reliqui nerui prodeant, etiam absque characterum opera notum est, modò illis quà brachium petunt, vnum adhibeam characterem.

F Quintus brachium petens neruus.

G Sextus brachium petens neruus.

Verùm vt hunc plexum adhuc accuratiùs obserues, non pigeat septimam neruorum figuram intueri.

# DE ORGANIS NVTRITIONI (QVÆ CIBO POTVQVE FIT) DEDICATIS: AC DEINDE PROPTER PARTIVM

99: connexum ac viciniam, de instrumentis generationi famulantibus.

## *PRIMAE FIGVRAE EIVSDEMQVE characterum index.*

IN prima figura tanta humani corporis portio delineatur, quanta ad peritonæi sedes ostendendas sufficit: exprimitur itaque hac figura anterior peritonæi sedes, sectionis serie ab octo abdominis musculis libera, nullaque ex parte dissecta.

A, A, B, C, D his characteribus peritonæum insignitur, quodammodoque hac figura terminatur.

E, E Linea à mucronata pectoris ossis cartilagine ad pubis vsque ossium commissuram procedens, cui obliquè descendentium & ascendentium, & transuersim procedentium abdominis musculorum neruosæ tenuitates pertinacissimè connascuntur.

F Vmbilicus, quem inter dissecandum etiam ademptis abdominis musculis, gratia opportunæ vmbilici vasorum demonstrationis, reseruare solemus.

G Seminaria sinistri latris vasa suis membranis, quas à peritonæo mutuantur, adhucobuoluta.

H Seminaria dextri lateris vasa.

I Vena ac arteria quæ potissimum inferiori sedi rectorum abdominis musculorum exporriguntur, quorum & hîc quoque propendet portio.

K Vena & arteria, quæ sub osse pectoris exporrectæ, in anteriorem abdominis sedem prolabuntur, præcipuè rectis abdominis oblatæ musculis, ac superiorem obdominis sedem vniuersam quoque implicantes: quemadmodum illæ quas I insigniuimus, humiliorem & pubis ossibus viciniorem implicant.

L Venarum soboles in peritonæi latera excurrentium, ac ab illis venis deductarum, quæ aut à cõiuge carente vena, aut geniculatim à caua pronascuntur, quà ipsius caudex lumborum vertebris colligatur.

M Transuersi abdominis musculi portio à peritonæo diuulsa retrorsumque flexa.

N Ilium ossis sedes hîc nuda conspicitur, cui obliqui transuersique abdominis committuntur musculi. Verùm quum præsenti figura, vti etiam subsequentibus omnibus, ea duntaxat organa explicare visum sit, quæ hoc pertractabuntur tractatu non est quod illas quoque indicem partes, quæ figuris ob hoc adduntur, vt describendę partis sedes in conspectu promptior esset: cuiusmodi in hac figura est, thoracis inferior sedes abdominis musculis libera, & femorum initia cute duntaxat denudata quum vel prius in præcedentibus vel postea in sequentibus tractatibus ea omnia plenius persequetur.

## *SECVNDAE FIGVRAE EIVSDEMQVE characterum index.*

SECVNDA figura primam sectionis seriem subsequi-

# OCTAVAE NERVORVM FIGVRARVM index.

parui digiti vsque extremum diffusa.

τ Propago fibulæ inter musculos exporrecta.

υ Ramulus anteriorem tibiæ cutem implicans.

ρ,ρ Grandioris trunci ramus internæ cuti tibiæ ad pollicem vsque digestus.

χ Grandioris trunci ramus, posteriori tibiæ seu surę cuti exporrectus.

ψ Grandioris trunci ramus, ligamentum penetrans fibulam tibiæ quà hæc ossa inuicem dehiscunt committens, ac dein ad digitorum vsque superiora excurrens.

ω Præcipua grandioris trunci portio, inter tibiæ os & calcem pedis inferiora petens, singulisque digitis surculos offerens.

## *OCTAVAE NERVORVM FIGVRAE IN vniuersam manum series index.*

PRAESENTI figura plexum qui supra primam thoracis costam anteriori in facie consistit (inquit Vesalius) nudum exprimere ita conatus sum, quemadmodum in postrema Anatome is mihi Patauij occurrit. Vt verò delineatio esset conspectior, omnes ramos à quinto, sexto, septimo, octauo & nono paribus aliò quàm in brachiũ deductos, resectos finxi, quemadmodum etiam à cadauere ex quo hanc tabellam desumpsi, eos abscecueram. Non est tamen, cur quis in omnibus hominibus huiusmodi prorsus plexum se obseruaturum arbitretur, quum is mihi admodum varius inter secandum occurrerit. Characteres autem quibus hæc figura insignitur, ita se habent.

5, 6, 7 Radices sunt parium neruos constituentium, qui brachium subeunt, illic resectæ, quà à vertebris iam procidêre.

8, 9 Nerui verò brachij illic sunt abtruncati, vbi iam in brachium prolabuntur.

A Portio est quinti paris, à qua tandem neruus deducitur, qui brachium subeuntium primus numeratur.

B Secundus neruus.

C Tertius neruus.

D Quartus neruus, qui hîc ex posteriori sede prodit congressus quinti paris & sexti, portionemque assumit ex posteriori sede congressus septimi paris, ac deinde sub octaui paris nonique congressu prorepens, etiam ramum E insignitum ab illo progressu ita atque hîc expressimus assumit. A quibus verò commixtionibus congressibusue reliqui nerui prodeant, etiam absque characterum opera notum est, modò illis quà brachium petunt, vnum adhibeam characterem.

F Quintus brachium petens neruus.

G Sextus brachium petens neruus.

Verùm vt hunc plexum adhuc accuratiùs obserues, non pigeat septimam neruorum figuram intueri.

# DE ORGANIS NVTRITIONI (QVÆ CIBO POTVQVE FIT) DEDICATIS: AC DEINDE PROPTER PARTIVM connexum ac viciniam, de instrumentis generationi famulantibus.

## *PRIMAE FIGVRAE EIVSDEMQVE characterum index.*

IN prima figura tanta humani corporis portio delineatur, quanta ad peritonæi sedes ostendendas sufficit: exprimitur itaque hac figura anterior peritonæi sedes, sectionis serie ab octo abdominis musculis libera, nullaque ex parte dissecta.

A, A, B, C, D his characteribus peritonæum insignitur, quodammodoque hac figura terminatur.

E, E Linea à mucronata pectoris ossis cartilagine ad pubis vsque ossium commissuram procedens, cui obliquè descendentium & ascendentium, & transuersim procedentium abdominis musculorum neruosæ tenuitates pertinacissimè connascuntur.

F Vmbilicus, quem inter dissecandum etiam ademptis abdominis musculis, gratia opportunæ vmbilici vasorum demonstrationis, reseruare solemus.

G Seminaria sinistri latris vasa suis membranis, quas à peritonæo mutuantur, adhuc obuoluta.

H Seminaria dextri lateris vasa.

I Vena ac arteria quæ potissimum inferiori sedi rectorum abdominis musculorum exporriguntur, quorum & hîc quoque propender portio.

K Vena & arteria, quæ sub osse pectoris exporrectæ, in anteriorem abdominis sedem prolabuntur, præcipuè rectis abdominis oblatæ musculis, ac superiorem obdominis sedem vniuersam quoque implicantes: quemadmodum illæ quas I insigniuimus, humiliorem & pubis ossibus viciniorem implicant.

L Venarum soboles in peritonæi latera excurrentium, ac ab illis venis deductarum, quæ aut à cõiuge carente vena, aut geniculatim à caua pronascuntur, quà ipsius caudex lumborum vertebris colligatur.

M Transuersi abdominis musculi portio à peritonæo diuulsa retrorsumque flexa.

N Ilium ossis sedes hîc nuda conspicitur, cui obliqui transuersique abdominis committuntur musculi. Verùm quum præsenti figura, vti etiam subsequentibus omnibus, ea duntaxat organa explicare visum sit, quæ hoc pertractabuntur tractatu non est quod illas quoque indicem partes, quæ figuris ob hoc adduntur, vt describendę partis sedes in conspectu promptior esset: cuiusmodi in hac figura est, thoracis inferior sedes abdominis musculis libera, & femorum initia cute duntaxat denudata quum vel prius in præcedentibus vel postea in sequentibus tractatibus ea omnia plenius persequetur.

## *SECVNDAE FIGVRAE EIVSDEMQVE characterum index.*

SECVNDA figura primam sectionis seriem subsequi-

ſequitur. hic nanque peritonæum recta linea à pectoris oſſis mucronata cartilagine ad pubis vſque os ita diuiſum eſt, vt vmbilici vaſorum nullum vitiauerim: dein tranſuerſa ſectione à ſiniſtro ilio ad dextrum ducta, quatuor peritonęi anguli ab interiori corporis ſede in poſteriora reflexi conſpiciuntur. Præterea vmbilici quoque vna pars cum ipſius vaſis, quæ peritonæo prius connectebantur, oculis ſubiacet. Ad hæc præſens figura iecoris portionem, & ventriculi ſedem, ac omenti inteſtinis obducti ſitum indicat, quem omentum obtinet, quum manibus ipſum verſus pudis os inter diſſecandum trahitur, ſi quando ſurſum verſus ſiniſtrum latus (vti plerunque accidit, ac ſequenti figura occurret) retractum adinuenitur.

A, B, C, D Quatuor peritonæi partes diſſectæ, atque in poſteriora reflexæ, adeò vt interna anterioris peritonæi ſedis regio hîc ex ſectionis ſerie in conſpectum venerit.

E Vmbilicus à peritonæo liberatus.

F Vena ab vmbilico in iecur porrecta.

G Venæ vmbilici in iecoris rimam ingreſſus.

H, H Portio iecoris ex gibba ipſius ſede apparens.

I Præcipuum ligamentum iecur ſepto tranſuerſo connectentium, quod verſus dextrum latus mucronatæ cartilaginis conſiſtit. Scutum enim id ad ſiniſtrum I latus conſpicuum, mucronata eſt pectoris oſſis cartilago.

K Dextra arteria ab vmbilico ſecundum dextrum veſicæ fundi latus ad magnam prorepens arteriam.

L Siniſtri lateris arteria ab vmbilico ſecundum veſicæ ſiniſtram ſedem, ad magnam exporrecta arteriam.

M Meatus, quo à veſicæ fundo fœtus vrina in ſecundam fœtum inuoluentem tunicam expurgatur.

N Veſicæ fundus.

O Peritonæi ad veſicæ fundum nexus.

P Ventriculi anterior pars, quæ neque iecore, neque omento obtegitur. Hæc ſedes ob hoc amplior apparet, quod ventriculus quem hic depinximus impensè inflatus fuerat: quemadmodum & huius cadaueris veſica paulo quoque elatiùs ſolito, ſupra pubis oſſa elatiori ſua parte efferebatur.

Q, Q, Q, Q Omentum.

R Vena & arteria ſimul cum neruo dextræ ſedi inferioris partis ventriculi exporrectæ.

S Siniſtri lateris vaſa, quæ ſiniſtram fundi ventriculi ſedem amplexantur.

T Hac ſede dextri lateris naſa ſiniſtris committuntur, ac proinde etiam R, T & S futuram indicant, cuius Ariſtoteles tertio Hiſtoriæ de animalibus libro, vt & quarto de animalium partibus meminit, quum à medio ventre omentum oriri dependereque aſſerit.

X, X Venarum arteriarumque propagines ſuperiori omenti membranæ exporrectæ, adipeque cinctæ.

## *TERTIAE FIGVRAE EIVSDEMQVE characterum index.*

TERTIA figura ſecundam adminiſtrationis ordine ſubſequitur, ac humiliorem omenti membranam à ſuperiori diuulſam laceratamque gerit, ac ſuperior quidem ſuper thoracis anteriora & ventriculum quoque extenſa eſt. Dein ventriculus etiam vi ſurſum ad pectus ex ſua ſede tractus viſitur, vt humilioris omenti membranæ natura in conſpectum peropportunè veniret: quam eouſque inteſtinis adhuc obductam cernis, quouſque omentum ſubinde ſurſum ſiniſtrorſumque collectum diſſecantibus occurrit. Præterea in præſenti figura inteſtinorum ſitus inturbatus iacet, vti & lien quoque, cuius pars hic etiam oculis ſubijcitur.

K, L, M, N & O eadem hic atque in ſecunda figura notantur. nam K indicat vmbilici arteriam dextram, L verò ſiniſtram. M meatum, quo fœtus vrina in ſecundum ipſius inuolucrum excernitur, quique hic, vt & arteriæ, abtruncatus conſpicitur. Cæterùm N veſicam notat: O autem peritonæi cum anteriori veſicæ ſede connexum. Atque in hac figura peritonæi angulos, qui ſecunda figura A, B, C & D inſigniti erant, reſecuimus.

a, a Superioris membranæ omenti, quam & alam ſuperiorem nonnulli appellant, poſterior ſedes, qua inferiorem membranam integro adhuc omento ſpectat.

b, b Extuberans hæc ſedes ventriculus eſt, ſuperiori membrana omenti tectus.

c, c Omenti humilior membrana, quę nonnullis humilior ala nūcupatur. Cæterùm extuberans pars, cui duo ſuperiora c & c inſcribuntur, colum eſt inteſtinum, quà ventriculi exporrigitur fundo, ac inferiori membrana omenti, vice meſenterij vtitur.

d Hîc lien & ſi omento obducitur, protuberans ſeſe oſtendit, ad quod etiam pellucida omenti iuuat ſubſtantia.

Inferior omenti membrana hîc modò quà ventriculo ſubijcitur, quàm pluribus notanda erat characteribus: verùm quò minus illam characterum copia obliterarem, eos in ſubſequenti figura ponendos duxi. pręcipuè quùm leui opera lector eoſdem characteres vtriſque figuris inibi adhibitos fingere poſſit, vbi ambæ idem exprimunt.

## *QVARTAE FIGVRAE EIVSDEMQVE characterum index.*

QVARTA figura omentum ſuis quibus adnaſcitur, aut potius à quibus initium ducit, membris liberum, & nulla interim parte diuulſum delineatur, integraque ipſius conſtructio & præcipuè venarum, arteriarum & neruorum per ipſum ſeries, & glandulоſa corpora ipſi innata commonſtrantur. Quàm concinnè verò omentum ſacculo, aut peræ, aut minoribus piſcatorum retibus aſſimiletur, hac quoque figura diſcitur.

e, e Omenti circulus, ſeu orificium, quo initium ducit.

f, f, f Omenti ſuperioris membranæ anterior facies.

g, g Inferioris omenti membranæ anterior facies. at hæc non integra vt ſuperioris membranæ anterior facies hîc cōſpicitur, quum inferioris membranæ ſedes tantum in conſpectu ſit, quæ ventriculo

index.

culo substernitur atque ad colon vsque intestinum, quà id ventriculo exporrigitur, pertinet. Reliqua enim inferioris membranæ pars superiori membrana occulitur.

h,i,k Tribus his characteribus ad sinistrum latus inferioris membranæ omenti positis, omenti constructio insignitur. Nam h omenti partem notat membraneam, venis arteriisque & adipe quoque carentem, i verò vasa indicat, k autem adeps vasis attensus adnatusue exprimitur. Atque vt hos characteres hac omenti parte reposui, ita etiam quauis ipsius sede eas potuisse collocari, nemo ambigit.

l Venæ portæ caudex quà ex iecore prodiens inferiori membrana omenti continetur ac suffulcitur.

m Arteria iecoris cauum & bilis vesiculam petens, neruoque concomitata qui à dextri lateris sexti, neruorum cerebri paris nerui ramo, dextri lateris costarum radicibus exporrecto depromitur, ac iecoris cauum bilisque vesiculam adit.

n Principium venæ inferioris ventriculi orificij posteriorem sedem potissimum accedentis, & arteriam habentis coniugem.

o,o Arteria & vena & neruus, secundum superioris omenti membranæ principium, dextræ fundi ventriculi sedi exporrecti.

p,p Illorum vasorum quæ dextræ fundi ventriculi sedi exporriguntur furculi, corpus ventriculi implicantes.

q,q Dictorum iam vasorum quæ fundi ventriculi dextrę sedi exporriguntur propagines, in superiorem omenti membranam sparsæ.

r Vena arteriaque duodeno intestino & ieiuni intestini principio exporrectæ, neruulumque socium frequenter admittentes.

s Portæ venæ in duos truncos bipartitio. quòd vero venas r & o indicatas hic elatius quàm in nuda portæ venæ figura tertij tractat delineauerimus, in hoc factum putato, quòd earum venarum ortus in hunc modum subinde variet.

t Dexter seu grandior venæ portæ truncus, in mesenterium adeoque intestina excurrens.

u Vena in posteriorem ventriculi sedem citra arteriæ consortium excurrens.

x Vena cum arteria & neruo in dextram inferioris membranæ omenti sedem sparsa, ac colon quoque intestinum hac parte accedens.

y Vena simul cum arteria in ventriculi posteriora excurrens, & tandem coronæ ritu superius ventriculi orificium amplectens. verùm huius venæ arteriæque tanta duntaxat delineatur portio, quanta inferiori membrana omenti sustinetur.

α Hic nonnihil grandior mesenterij arteria se offert, etiamsi minimo interuallo inferiori membrana omenti suffulciatur.

β Truncus est arteriæ, qui inferiori omenti membranæ intertextus, ventriculo, iecori, bilis vesiculæ, colo quà id ventriculo exporrigitur, ac dein lieni ramos depromit, neruosque has partes adeuntes comitatur.

γ Vena simul cum arteria & neruo mediam potissimum sedem subiens inferioris membranæ omenti, & ramos quoque offerens colo intestino quà ad ventriculi prorepit fundum.

δ Vena coniugis arteriæ expers, quæ sinistræ sedi inferioris omenti membranæ pauculas soboles, vt & ipsa gracilis est, diffundit.

ε Venarum, arteriarum & neruorum in lienem series.

ζ Vena pariter cum arteria neruoque ventriculi fundi sinistræ sedi exporrecta.

η,η Glanduloſum corpus inferiori membranæ omenti innatum, quod vulgo vocant. Brisauolo, Dulcem morsum seu bolum. Buccam saporitam, Rodol.

θ Glanduloſi corporis portio, quod duodeno intestino subnascitur.

IN quinta figura sectionis serie tertiam subsequente, iecur, ventriculus, & intestina, proprias seruant sedes, omento interim quà à ventriculo enascebatur, coloque intestino continuum erat, prorsus resecto, ne fortè id relictum alicuius organi sedem obliteraret. Præterea, vt singula opportunius oculis subijcerentur, costarum aliquot fines (vti inter pingendum factum est) effregimus, ipsas vnà cum peritonæo septoque transuerso illis conato in posteriora reflectentes. Vesica autem hic respondet tertiæ ac secundæ figurarum vesicæ. Cæterùm qua præsentis figuræ (que ordine quinta est) characteres magna ex parte cum duabus succedentibus sexta, videlicet & septima, communes sunt, non abs re erit ante illius indicum explicationem, quid his designetur, sermoni adijcere.

SEXTA igitur figura tenuium intestinorum ductum duntaxat delineauimus, aliqua etiam ventriculi & coli intestini simul cum cæco asseruata portione, vt facilè præsens figura iam subsequenti septimæ adaptetur. Quòd autem coli intestini initium paulò magis quàm par sit, ab ipsis tenuibus intestinis abductum videatur, in hoc factum arbitratur, vt sola gracilia in conspectum accuratè venirent. potissimum quum coli intestini circum tenuia situm ingressumque quinta figura pulchrè proponat.

SEPTIMA figura cæci intestini & coli & recti imago ductusque commonstratur, vnà cum ilei intestini extremo, & musculis recto intestino proprijs.

## *CHARACTERVM QVINTAE, SEXTAE & septimæ figurarum index.* hh.

SVBSEQVENS modo characterum index quintæ, sextæ & septimæ figuris communis est. si quis vero interim character harum alicui peculiaris sit, illum pro figuræ numero aut 5, aut 6, aut 7 insigniturus sum: characteres autem, quibus huiusmodi nulla subiungetur notula, tribus figuris communes censebis.

A5 Mucronata pectoris ossis cartilago.

B,B5 Peritonæum vnà cum disruptis costis, illisque adnato septo retrorsum atque in latera flexum.

C5 Primarium ligamentum, quo iecur humanum septo colligatur.

D,D5 Iecoris gibbi magna sedes.

E5 Por-

E,5 Portiuncula venæ ab vmbilico iecori insertæ.
F,F,5 Ventriculi anterior sedes.
G,5 Lienis sinistrum latus, seu ipsius pars in corporis anteriora vergens.
H,6 Ventriculi portio, quæ inferius ventriculi constituit orificium, seu intestinorum principium quod hic chordula ligatum finximus.
I,K,6 Pars intestinorum ab I K protensa, vulgato nomine nunc duodenum intestinum, nunc intestinum duodenum digitorum longitudine, mihi vocatur.
L,7 Ieiuni intestini initium, graciliumque intestinorum sedes, vbi primum in anfractus conuolui atque antrorsum assurgere incipiunt.
M,6,7 Ilei intestini terminus, & gracilium intestinorum finis. verùm quà nam sede ieiuni intestini terminus, aut ilei intestini principium sit ponēdum, augurari nequeo, quum toto ductu qui ab L in septima figura in eadem & octaua ad M vsque pertinet, nullibi discrimen commonstret, quo ieiunum ab ilio liceret interstinguere.
N Extuberans crassorum intestinorum initium.
O Hoc intestinum mihi cæcum nuncupatur (non admodum contendenti an quis eo nomine aliā crassorum intestinorum partē donari velit: modò is non adeò nominum sit studiosus, vt illorū occasione ea in intestinorū fabrica spectare negligat, quæ in partium aliarum constructione, sedulò inquirimus.
N,P, Q,R,S,T,5,7 Colum intestinum his characteribus insignitur, verùm singuli priuatim aliquid notant. N enim ad P vsque coli intestini ductum notat, à dextri renis sede ad iecoris vsque cauum pertinentem. A P verò ad Q coli ductus notatur, secundum ventriculi fundum à iecoris cauo ad lienis vsque regionem protensus. A Q autem ad R ductus coli insinuatur, à lienis regione ad pubis os, secundum sinistrum ile procedens. Cæterùm ab R ad S (quod in 7. priuatim visitur) coli indicatur ascensus anfractusque, quem sursum ad vmbilici vsque regionem molitur. At S ad T vsque progressum notat, dicti nunc ascensus ad recti intestini initium.
V,V,5,7 Depressa coli intestini sedes.
X,X,5,7 Coli intestini vtrinque extuberantes semiglobuli quos cellulas vulgus vocat.
Y,5,7 Recti intestini initium. Quicquid verò sub Y cōsistit, rectum est intestinum.
Z,7 Portio meatus bilem in intestina perferentis.
a,7 Musculus recti intestini finem orbiculatim amplectens, fæciumque excretioni præfectus.
b,c,7 Duo musculi rectum intestinum post fæcium excretionem sursum alacriter contrahentes.
d,7 Hac sede rectum intestinum virorū peni & mulierum vteri ceruici interuentu musculosæ substantiæ connascitur.
e,f,5 Duæ arteriæ fœtui peculiares.
g,5 Hoc characterе vesicæ fundus indicatur, vti & meatus quo fœtus vrina expellitur, quemq; hîc vt & nuper commemoratas arterias abtruncatū finximus.

*OCTAVAE FIGVRAE INDEX.*

OCTAVA figura recti intestini & coli quoque quà id recto cōtinuatur, partē expressimus, intestinorum tunicas commonstraturam.
h Prima intestinorum tunica, quæ & intima est, ac solis transuersis circularibusve confirmatur fibris.
i,i Secunda intestinorum tunica, quæ transuersis quoque efformatur fibris. attamen rectis quoq; eo donatur pluribus, quo recto intestino vicinior est.
k,k Mesenterij est portio quę rectum intestinum ossi sacro committit, ac tertiam ipsi exporrigit tunicam.
L,L Tertia intestinorum tunica, à mesenterij pronata membranis.

*NONAE FIGVRAE EIVSDEMQVE characterum index.*

VT prę̄sens figura mesenterij situm quā appositissimè oculis subijceret, gracilia intestina vndecunque ad latera sursum deorsumque inuicem manibus diducta continet, ac proinde mesenterij commonstrat centrum, & rationem qua mesenterium intestinis vasa porrigit, intestinaque dorso connectit. Ad hæc, eius quoque mesenterij partem ostendit, quæ coli finem & rectum quoque intestinum dorso alligat. Succedit verò hæc figura sectionis serie illi quam quintam locauimus.
A,B C,D Portiones peritonæi, aperto iam abdomine in latera extrorsum flexæ.
E,E, E Tenuia intestina.
F Cæcum intestinum.
G,G, G Colon intestinum.
H Recti intestini initium.
I Vesica, cui peritonæum ea potissimum sede cōnascitur, vbi alteram ipsi offert tunicam.
K Mesenterij centrum, eaq; dorsi pars qua id à peritonæi membranis initium ducit. quæ magnam arteriam & cauam venam hic vertebrarum corporibus adnectunt.
L,L Corpus glanduloſum, mox in ipsa vasorum distributione positum, quæ mesenterij centro inseruntur.
M,M Glandulæ vasorum distributionibus interiectæ, quæ vasa in ipso per mesenterium ad intestina moliuntur progressu.

*DECIMAE FIGVRAE EIVSDEMQVE characterum index.*

IN decima figura duntaxat ipsum delineatur mesenterium è corpore exemptum, omnibusq; partibus ipsi connatis liberum, præterquam ab inferioris membranæ omenti portione, qua colon dorso inibi colligatur, vbi secundum inferiorem ventriculi sedem id procedit.
K Character K, vt & in noua figura, mesenterij indicat centrum.
L,L Hi quoque characteres similiter atque in nona glanduloſum corpus notant, totius mesenterij maximum.
M,M Glandulæ notantur illis interpositæ vasorum dissectionibus, quæ iam intestinis appropinquāt.
N,O His characteribus mesenterij circumscribitur

pars

index.

parstenuia inteſtina dorſo alligans.

P P ad Q vſque meſenterij indicat portionem, colon inteſtinum dorſo affirmantem, qua id à dextri renis ſede ad cauum vſque iecoris protēditur.

Q Q ad R vſque inferioris omenti membranæ partem notat, quæ colon tota illa ſede dorſo committit, quà id ſecundum ventriculi exporrigitur fundum.

R R ad S vſque meſenterij inſinuat portionem colo inteſtino tota ea ſede propriā, quà id à alienis regione ad rectum vſque inteſtinum pertinet.

S,T Quod S & T intercluditur, meſenterij pars eſt rectum inteſtinum dorſo nectens.

V Hac ſede meſenterij naturam exprimere conatiſumus, quandoquidem vnam meſenterij membranam ab altera vnguibus diuulſam pinximus:

X,Y vt X nimirum vna ſit, altera verò Y inſcribatur. Atque in harum membranarum medio meſenterij vaſa excurrunt, & ipſius adeps, vt & glandulæ etiam continentur, quemadmodum quoque in prima muliebrium figuratum cernere licet.

VNDECIMA figura iam præpoſitis integris ſectionis ſerie ſuccedit, habet enim figuris diſſectum peritonæum, & omentum quoque in hac ablatum eſt, & hîc coſtas aliquot etiam effregimus, quo iecoris cauum opportunius delineari poſſet. Hîc namque conſpicitur vniuerſum iecoris cauum, ipſiuſque iecoris forma. Dein ventriculi qnoque apparent orificia. Inteſtina autem perinde ac ventriculum in ſiniſtrū latus depreſſimus, vt in conſpectu eſſet meſenterij pars, ac venæ portæ in ipſum ſeries: dein bilis meatus in inteſtinum inſertio, & ſi quæ ſint reliqua quæ characteribus ſeriatim adnotabimus, mox atq; quid duodecima oſtendat figura, expreſſerimus.

## *DVODECIMA FIGVRA NVDAM BILIS VESICVLÆ EIVSDEM EIVSDEMQVE MEATVM DELINEATIONEM EXPRIMENS.*

### *CHARACTERVM VNDECIMAE, ET duodecimæ figurarum index.*

PRAESENS characterum index vndecimæ & duodecimæ figuris ideo habetur communis, quod cauam iecoris ſedem pleriſque characteribus quibus duodecima occupatur inſigniri licuiſſet, niſi characterum copia delineationem fuiſſet vitiatura. Quum itaq; character occurret vndecimæ figuræ peculiaris, illi 1 ſubiungemus, illis qui duodecimæ priuatim inſcribuntur 2 adiecturi. Si verò quis vtriſque figuris ſimul communis erit, illi 1 & 2 addetur.

H,H 1 Peritonæi vna cum coſtis euerſi portio.

I,K 1 Cauum iecoris.

L 1 Portiuncula gibbi ſedis iecoris.

M 1 Iecoris ſectio, cui fœtum alens vena primum inſeritur.

N 1 Rimæ ac impreſſiones & tubercula in iecoris cauo iuxta venæ portæ exortum conſpicua. N verò ſuperius, ſeu ſiniſtrum, ſeu ipſo T vicinius, ſedem indicat, qua ab vmbilico procedens vena iecoris cauo vbi portæ caudex prodit, inſeritur. Ab M enim ad N vſq; foramē notatur, quod libero quodāmodo vmbilici tranſmittit venam ad ſedem N inſignitam.

O 1 Ligamentum ſiniſtram iecoris partem (quæ in angulum quodammodo acutum deſinit) ſepto tranſuerſo hîc colligans.

Φ 1 Sinus iecori hic inciſus, ac ſtomacho cedens, vbi is ſuperiori ventriculi orificio continuatur.

P,Q 1 Ventriculus.

R 1 Ventriculi ſuperius orificium, ſeu ſtomachi finis, vnà cum venis, arterijs, & neruis id orificium amplexantibus.

S 1,2 Humilius ventriculi orificium, ipſiuſque duodeni inteſtini initium, quod in duodecima figura ſecus atque ſecundum naturam ſe habet, ad interiora refleximus, vt in conſpectum veniret bilis veſiculæ meatus in ipſum inſertus, ac mox c notandus.

T 1 Neruus à neruis elatius ventriculi orificium implicantibus eductus, iecoriſque cauo inſertus.

V 2 Bilis veſicula. Hæc in vtriſque præſentibus figuris eſt cōſpicua. verùm priuatim illam duntaxat in duodecima characterenotaui. ac proinde primùm duodecimæ, ac dein vndecimæ mentem hîc & in ſubſequentibus aliquot characteribus accommoda.

X,X 2 Meatus bilis veſiculæ per iecoris corpus exporrecti inter portæ venæ & cauæ item venæ ramos.

Y 2 Venæ portæ propago in iecoris ſubſtantiam diffuſa.

Z 2 Venæ cauæ propago in iecoris ſubſtantiam digeſta: Volui enim hîc exprimere vaſorum in iecoris ſubſtantia ſitum, quî ſcilicet portæ venæ rami propaginibus cauæ ſubijciantur, & quò nam pacto in horum medio bilis veſiculæ meatus excurrant.

a 2 Concurſus meatuum bilis veſiculæ, qui in iecoris corpus digeruntur.

b 2 Veſiculæ bilis ceruix, cui meatus ex iecore ductus ac a notatus inſeritur communiſque efficitur.

c 1,2 Bilis veſiculæ meatus in duodenum inteſtinum
d inſertus. ac S ad d vſque in duodecima figura duodenum indicat inteſtinum, quod humiliori ſede apertum finximus, ne meatus illius c notati inſertio lateret.

e 2 Arteria in iecoris cauū & bilis veſiculā digeſta.

f 2 Neruulus iecori & bilis veſiculæ communis, & à ſexti paris neruorū cerebri propagine depromptus, quæ dextri lateris coſtarum exporrigitur radicibus.

g 2 Tenues portæ venæ propagines, in bilis veſiculā excurrentes.

h 1 Portæ venæ caudex.

i,i,1 Glanduloſum corpus, quod duodeno inteſtino adnaſcitur, vaſaque ipſi exporrecta opportunè ſuſtinet.

k,l,m 1 Meſenterium. Verùm ſinguli characteres priuatim quid indicant. k enim venæ portæ dextri ſeu grandioris trunci diſtributionem in meſenteriū notat. l verò, glanduloſum corpus in meſenterio primis vaſorum diſtributionibus præfectum. m autem, meſenterij inſinuat partem, cui colon inteſtinum tota illa ſede committitur, qua à dextri renis ſede ad iecoris vſque cauum pertinet.

Hîc

Hîc namque colum inteſtinum à meſenterio diuulſum eſt, quo meſenterij centrum aptius delinearetur.

n 2 Vena quæ ſub poſteriori recti inteſtini ſede deorſum protenditur, ipſique recto inteſtino venas porrigit.

o 1 Veſicæ fundi ſuperior pars etiam hîc eſt conſpicua.

p 1 Quod hîc extuberat dexter eſt ren, ſua pingui membrana adhuc obtectus.

q 1 Meatus vrinarius, à dextro rene vrinam in veſicam deducens.

r 1 Vena ac arteria ſeminales dextri lateris.

ſ 1 Vas ſemen à dextro teſte verſus ceruicis veſicæ initium perferens.

## DECIMATERTIA FIGVRA ANTE-riorem integri ventriculi & ſtomachi faciem exprimens, vnà cum venis, arterijs & neruis ventriculos inſertis.

## DECIMAQVARTA FIGVRA INtegri ventriculi & ſtomachi poſteriorem exhibens faciem.

### *CHARACTERVM DECIMAETERTIAE & decimæquartæ figurarum index.*

CHARACTERES hoc indice explicandi partim vtrique figuræ communes ſunt, partim nunc huic, nunc illi peculiares: ac proinde communes 1 & 2 ind cabimus. peculiaribus verò decimætertiæ figuræ characteribus, hac 1 ſubijcietur, decimæquartæ autem hęc 2.

A, 1,2 Stomachi pars in fauces oriſque adeò amplitudinem pertinens, hic à faucibus præſecta cernitur.

A,B 1,2 Ab A ad B vſque ductus ſtomachi notatur, rectà per mediam vertebrarum ceruicis & quatuor ſuperiorum thoracis ſedem deſcendens.

B,C 1 2 A B ad C vſque ductus ſtomachi in dextrum latus ſuper quintam & aliquot ſequentes thoracis vertebras modicè declinans.

C,D 1 2 A C ad D vſque ſtomachi ductus inſignitur ex dextra ſede verſus ſiniſtram, ſupra magnam cõſcendens arteriam, & per ſeptum tranſuerſum in ventriculi ſuperius orificium G notandum pertinens.

E,E 1 Duæ tonſillæ, quæ non procul à ſtomachi ſede in oris ciuitatem pertingente diſtant.

F,F 1, 2 Glanduloſum corpus ſtomacho frequẽter adnatum, qua quintæ thoracis vertebræ corpori inſidet.

G 1,2 Superius ventriculi orificium.

H 1,2 Inferius ventriculi orificium.

I 1,2 Superior ventriculi pars.

K,K 1, 2 Ventriculi demiſſior pars, ſeu fundus.

L,L 1 Anterior ventriculi ſedes.

M, N, O 2 Poſterior ſedes ventriculi. Verùm ſinguli characteres aliud priuatim indicant. O enim impreſſionem notat quam ventriculus ea ſede exigit, qua vertebris innititur. M quidem prominẽtiorem ſiniſtri lateris partem, N verò partem dextri lateris prominentiorem.

P 1,2 Duodenum inteſtinum, quod hîc ad ieiuni inteſtini principium reſectum finximus.

Q 2 Bilis veſiculæ meatus, in duodenum inteſtinum inſertionem tentans.

R 2 Hic character in interna dicti nuper inteſtini ſede viſitur, inſertionem meatus illius notans, quẽ modo Q inſigniui.

S 2 Glanduloſum corpus duodeno inteſtino ſubnatum, vaſaque illi inteſtino exporrecta ſuffulciẽs.

T 1,2 Dextri nerui ſexti paris neruorum cerebri propago ad ſtomachum exporrecta, multiplicique ſerie in ipſius orificium elatius diſtributa.

V 1,2 Siniſter neruus.

X 2 Siniſtri nerui propago, ſecundum elatiorem vẽtriculi ſedem ad iecur vſque excurrens, hicque

Y qua iecori proxima eſt, Y inſignita.

a 2 Prima (vti doctrinæ ſtudio nuncupare eam ſolemus) ventriculi vena & arteria.

b 2 Secunda ventriculum accedens vena, quæ coniuge caret arteria.

c 1,2 Tertia ventriculi vena cum coniuge arteria & neruo quoque, ſecundam dextrã ventriculi fundi regionem exporrecta.

d 1,2 Quarta ventriculi vena coniugem obtinens arteriam & elatius ventriculi orificium coronæ ritu amplectens.

e 1 Rami iã dicta venæ & arteriæ, qui ſecundũ ventriculi elatiorem ſedem ad inferius vſque ipſius orificium contendunt.

f 1,2 Quinta vena ſimul cum coniuge arteria & neruo, ſiniſtram ſedem fundi ventriculi perreptans.

g,g 2 Aliæ venę ac arteriæ, ab illis pronatæ vaſis quæ ieuni inſeruntur.

## DECIMAQVINTA FIGVRA.

FIGVRA decimaquinta ventriculum à ſtomacho ac inteſtinis liberauimus, ac dein inuertimus vt interior ventriculi ſedes ſeu ſuperficies cibos & potus amplectens, in conſpectum veniret.

Circulare ventriculi tuber ea ſede conſpicuum,

h vbi ſtomachus ventriculo continuatur, aut vbi elatius ipſius conſiſtit orificium.

i Tuber orbiculatum quoque in humiliori orificio ventriculi apparens.

## DECIMASEXTA FIGVRA.

DECIMASEXTA figura ventriculi tunicarum ſeriem numerumque & naturam, quantum pictura aſſequi potuimus, docet.

k Tertia ventriculi tunica, à peritonæo pronata, atque hic à ventriculo magna ex parte diuulſa.

l Secunda ventriculi tunica, minus quam tertia à ventriculo diuulſa.

m Prima intimaque vẽtriculi tunica, hac in parte à duabus exterioribus tunicis libera.

## DECIMASEPTIMA FIGVRA.

DECIMASEPTIMA figura iecoris gibbã poſterioremque ſedem vna cum cauæ venæ caudicis portione exprimit.

A,A Iecoris gibbi ſuperior pars.

B,B Iecoris gibbi poſterioriſque ſedis infima regio.

C Cauæ venæ ſedes, qua ſeptum permeat, ipſique

ſoboles

# DE ORGANIS NVTRITIONI

## Index.

ſoboles exporrigit.

D, E Hoc interuallo ſedes notatur, quæ cauæ caudex poſteriori iecoris ſedi innaſcitur.

F Portio præcipui iecur ſepto alligantis vinculi.

G Ligamentum iecoris partem in ſiniſtra maximè exporrectam ſepto connectens.

H Venæ portæ portio.

I Sinus quo iecur ſtomacho cedit, qua ſiniſtro vẽtriculi orificio continuatur.

### *DECIMAOCTAVA FIGVRA, QVAE LIENEM omni ex facie commonſtrat, cuius ſitum & ex proportione magnitudinem decimanona quæ mox ſubijcietur figura literis O, O, P explicabit characterum index.*

PRIMÀ decimæoctauæ figuræ lienem anteriori facie exprimit, vnà cum omenti portione, ſeu inferioris ſuperioriſque omenti membra-

A narum partibus. Anamque lienis ſiniſtrum indicat latus, dextrum autem ac media ipſius ſedes

B, B omento integuntur. B, B & B enim inferioris omenti membranæ portionem indicant, lienis

C, C vaſa deducentem. C verò & C ſuperioris omenti membranæ portionem ſignificant, qua ad ventriculum vaſa perferuntur, ab illis vaſis pronata quæ in lienem iamiam inſerenda veniunt.

Secunda effigie decimæoctauæ figuræ lienis caua regio exprimitur, ab omnibus quæ illli com-

D mittuntur partibus libera. ac hic D notat ſuperi-

E, F, G orem lienis ſedem, E inferiorem, F ſiniſtram, G

H dextram, H verò & H lineam indicant in caua lienis regione conſpicuam, cui lienis vaſa inſeruntur.

Tertia effigies lienis gibbum commonſtrat.

Quarta lienis quoque cauam ſedem delineatam continet. At huic duas indidi ſectiones, vt lienis ſubſtantia conformatioque oculis ſubijcerentur. Atque hic I & K ſectiones modò dictas indicant.

I, K

### *DECIMAENONAE FIGVRAE EIVSDEMque characterum index.*

PRAESENS figura ſectionis ſeriæ vndecimæ ſuccedit. ab hac enim omnia inteſtina execuimus, relicta duntaxat ventriculi portione ſuperioris orificij ventriculi ſedem commonſtrante. atque ita hæc figura pleraque indicat, quę nũc opportunius cum characterum indicibus ſeriatim inſinuabuntur.

A, A Septi tranſuerſi portio peritonæo ſuccincta, atque vna cum coſtis aliquot ſurſum reflexa.

B, B Caua iecoris ſedes.

C Iecoris ligamentum, quo ipſius ſiniſtra pars ſepto alligatur.

D Venæ per vmbilicum iecori exporrectæ portio, vbi & ſinus ille indicatur primum hanc admittens venam, quæ per priuatum ipſi in iecore humano inciſum foramen ad iecoris vſque ſedem perreptat. vbi hîc G non procul à K adhibitum conſpicis, vbique vena hæc in iecoris ſubſtantiam primùm verè digeritur.

E Hac ſede iecur ſinum obtinet, quo cedit ſtomacho per ſeptum tranſuerſum ad elatius ventriculi orificium contendenti.

F Superius ventriculi orificium, ventriculiq; portio.

G, G Lineæ impreſſionesve tuberaque in iecoris caua vbi partem venam promit conſpicua.

H Bilis veſicula.

I Portæ venæ caudex hîc abſciſſus. Verùm I quoque duas indicat venulas bilis veſiculæ exporrectas.

K Iecoris neruus ab illis propagatus, qui elatiori ventriculi implicantur orificio.

L Arteria iecori & bilis veſiculæ communis.

M Neruus à ſexti neruorum cerebri paris propagine initium ducens, quæ dextri lateris coſtarum exporrigitur radicibus. atque hîc neruus iecori pariter & bilis veſiculæ communis cenſetur.

N Bilis veſiculæ meatus hic abtruncatus viſitur, qui ad inteſtina pertinet.

O, O Lienis anterior cauaque regio.

P Lienis linea, cui vaſa ipſius implantantur.

Q Vena caua.

R Magna arteria.

S Radices arteriarum in ventriculum, iecur, lienem, omentum, meſenterium, ipſaque demum inteſtina excurrentium.

T Dexter ren, pingui ſua obductus tunica.

V Siniſter ren, ſimiliter pingui ipſius inuolutus tunica.

X Vena in ſiniſtri renis pinguem diffuſa tunicam.

Y Vena dextri renis pinguem tunicam accedens.

a Vena arteriaque dextro reni ſeroſum ſanguinẽ deducentes.

b Vena arteriaque in ſiniſtrum protenſæ renem, emulgenteſque vulgò non ſecus appellatæ, quã illæ quæ dextro reni ſunt propriæ.

c, c Meatus ex dextro rene vrinam in veſicam deferens.

d Meatus quo ſiniſtri renis vrina in veſicam ducitur.

e Seminalis vena ſiniſtrum accedens teſtem.

f Seminalis vena, dextri teſtis.

g, g Surculi à ſeminalibus venis qua peritonæo committuntur, in ipſoq; adeò verſus teſtes progreſſu, ad peritonæum deriuati.

h Seminalis arteria dextrum teſtem petens.

i Arteria ſeminalis quæ ſiniſtro teſti eſt propria.

k Arteriæ in humiliorem meſenterij ſedem ad colon inteſtinum & rectum excurrentis radix.

l Arteriæ magnæ ſuper cauam venam aſcenſus, ac ipſius magnæ arteriæ & cauæ ſupra oſſis ſacri initium in duos truncos diuiſio.

m, m Præcipuæ venæ ac arteriæ earum quæ geniculatim à magnis vaſis lumborum carnibus ipſique peritonæo offeruntur.

n Arteriæ magnæ ſoboles ſacri oſſis foramina accedentes.

o Recti inteſtini pars à colo libera, atque vt inter diſſecandum fit, vinculo intercepta.

p Veſica vrinæ receptaculum.

q Semen à teſte ad penem deferentis vaſis portio, qua ſecundum pubis os deorſum ad veſicæ cer-





uicis

uicis initium retorquetur.
r Cutis quæ penem inuestiebat.
ſ Scortum.
t Carnoſæ membranæ pars, quæ haud ſecus atque ſcortum, vtrunque ambiebat teſtem.
u Tunica à peritonæo inibi pronata, vbi ſeminariis vaſis iter præbet. eſtque hęc exterior teſtis tunica, earum quas teſtibus ſingulis proprias peculiareſque numeramus.
x Denudati penis portio.

*VIGESIMA FIGVRA, QVAE TRES PROprias continet tabellas ſectionis ſerie inuicem ſubſequentes, ac appoſitiſſimè renum ſinus meatuumq́; vrinariorum principia oſtendentes characterum index ita ſe habet.*

PRIMA tabella ſectionem ſecundùm renis longitudinem per gibbum ipſius inductam habet adeò profundam, vt in ſecundum renis pertingat ſinum, interim nulla renis ſubſtantiæ ablata portione. Significet igitur α dextri renis anα,β, γ,γ teriorem partem, β verò poſteriorem, γ & γ orificia ſunt ramorum primi ſinus renis, ſeu ipſius membranei corporis, qua inuicem illi rami coëunt. Hic enim rami neceſſariò per ſectionem in
δ,δ mutuo coitu diuiduntur, δ, δ primi ſinus corpus, ſeu membraneum corpus in quod vena & arteria renis terminantur.
ε Foraminulum hoc vrinarij meatus eſt initium.
λ Vrinarij meatus pars. Super membraneum hoc corpus δ & δ inſignitum, ſecundus renis conſiſtit ſinus, cuius interius & corpori illi membraneo proximum latus in hac ſectione tantum appareat. Eius enim partes quæ in exteriora ad vtrunque ſepti ex renis ſubſtantia conformati latus producuntur, ipſumque ſinum velut bipartitum
ζ,ϛ efficiunt, niſi ſpecillo in circuitu ſub ζ & ϛ deducto intueri nequis. Septum nanque illud præſenti ſectione in duas partes, anteriorem ſcilicet & poſteriorem diuiſum cernitur, ac ϛ quidem partem ipſius notat anteriorem, ζ verò poſteriorem.
Secundæ effigiei omnia cum nuper commemorata ſunt communia, niſi quòd vniuerſa propemodum renis ſubſtantia ſeptum illud conſtituens, cultello orbiculatim adempta ſit, neque aliter ſanè ſepti illius figuram ob oculos ponere licuit. Conſpicitur hic itaque ſecundus renis ſinus vniuerſus, at non quemadmodum eſt bipartitus, eo quod ſeptum abſtulerim ſinum hunc in exteriori ipſius latere dirimentem, α igitur & β & γ & λ eadem hic quæ in prima tabella notant. Circulus autem inter α & β ductus, ſecundum re
θ nis indicat ſinum. ϑ verò anteriorem primi ſin⁹ ſeu membranei corporis, qua hæc in ramos di-
ι ſcinditur. ι corporis membranei poſteriorem partem indicat adeò vt θ & ι ſimul membraneũ
κ norent corpus, ſeu primum renis ſinum: κ autem vrinarij meatus inſignitur origo.
Tertia tabella primi ſinus ſeu membranei corporis ramos omnes inſinuat. renis enim ſubſtantia, quæ ſummis eius ſinus ramis adnaſcitur, penitus deraſa eſt. Atque hæc citra characterum operam ſunt obuia.

*VIGESIMAE PRIMAE FIGVRAE, eiuſdemq́; characterum index.*

VIGESIMA PRIMA figura ſectionis ſerie decimęnonæ ſuccedit. in hac namque coſtarum aliquot fines effracti, & extrorſum ſurſumque retorti occurrunt, vt iecoris gibbum ita hic ſpectaretur, vt ipſius cauum in decimanona figura in conſpicuo erat. Renes hic etiam pingui illorum tunica denudati ſeſe offerunt. In hac figura venarum arteriarumque ſeminalium exortus ductuſque etiam oſtendente, priuatim à cauæ venæ caudice ramulum pronaſci effinximus, qui ſiniſtræ ſeminali commiſcetur venæ. Præterea peritonęum quà vaſis ſeminariis iter præbet, vnà cum tunica à peritonęo pronata, teſtemque & ſui lateris vaſa ſeminaria amplectente, diſſectum eſt, & cum ſeminarijs vaſis teſtes cum ſuis muſculis obuij ſunt. Inſuper pubis oſſa inuicem ita dirempta atque atque adeò reflexa videntur, vt inuicem inſigniter dehiſcant, & veſica, & glãdoſum corpus veſicæ ceruici proprium vnà cum ipſius muſculo & penis corporibus eorundemque progreſſu oculis ſubijciantur. Quòd autem à dextro femore cutem prorſus & à ſiniſtro aliqua ex parte ademimus, neminem ambigere reor.
a,a Peritonęi pars cum ſepti tranſuerſi portione, & effractis coſtis ſurſum extrorſumque reflexa.
b,b Iecoris gibbum.
c,c Caua iecoris ſedes.
d Præcipuum iecoris ligamentum, ad dextrum latus mucronatæ cartilaginis conſiſtens, & hic à iecoris anteriori ſepe magna ex parte diuulſum.
e Ligamentum iecoris partem in ſiniſtrum protenſam ſepto committens.
f Venę portæ portio, vnà cum arteria & neruis iecur petentibus, & bilis veſiculæ meatu inteſtina petente, hic vinculo eſt intercepta, & dein præſecta.
g Venę cauæ caudex.
h Arteriæ magnæ truncus deorſum ſpinæ exporrectus.
i Principium venæ pinguem ſiniſtri renis tunicã adeuntis.
k Radices arteriarum in inteſtina excurrentium, & ventriculo, iecori, bilis veſiculæ, lieni, & ipſi demum omento ramos offerentium.
l Initium venæ dextri renis pingue inuolucrum petentis.
m Vena ac arteria dextrum accedentes renem.
n Vena ac item arteria ſiniſtro reni ſeroſum ſanguinem deducentes.
o,o Dextri renis pingue inuolucrum, ab anteriori ſe de renis liberatum.
p,p Siniſtri renis pingue inuolucrum, ab anteriori etiam ſede ſui renis diuulſum, & peritonęo, vnde principium ducit, adhuc connexum.

Et

Index.

q, q Et dexter & siniſter meatus, quo vrina è renibus in veſicam fertur, q insignitus est.

t Seminalis vena dextrum accedens testem.

u Principium seminalis venæ dextrum testem adeuntis, quod instar rotundi tuberis prominet.

x Seminalis vena siniſtro testi exporrecta.

y Venula à venæ cauæ caudice pronata, ac venę seminali siniſtræ commixta vnitave. Quamuis enim hæc venula rariùs occurrat, tamen quum in alijs figuris siniſtra vena absque hac delineatur illaque hic nihil obscuret, ipsam exprimere visum est.

α Seminalium arteriarum origo.

β Surculi, quos venæ seminariæ peritonæo inibi depromunt, qua ipsi connexæ deorsum ad pubis ossa contendunt.

γ Dextræ seminalis venæ, & item arteriæ, per peritonæum supra pubis ossis coxendicisque regionem descensus ac ascensus pariter semen à teste deferentis vasis quod γ, α & x mox notabitur.

δ Venæ seminalis & arteriæ commixtio, & corporis quod varicum imagini conferam, initium.

ε Varicosi corporis in testem insertio.

ζ Testis intimo ipsius inuolucro obtectus.

η Principium semen à teste deferentis vasis.

ι Sedes qua deferens semen vas sursum secundum testis humillimam sedem reflectitur, & à teste ipsi non amplius connatum, abscedere incipit.

κ Hîc semen deferens vas nullam amplius conuolutionum ostendit speciem, at sursum instar nerui teres porrigitur.

λ Vesica vrinæ receptaculum.

μ Glandulosum corpus vesicæ ceruicis initio adnatum, & semen deferentium vasorum insertionem excipiens.

ν Circularis vesicæ ceruicem ambiens musculus.

ξ, ο, π Duo penem constituentia corpora, quorum siniſtrum à suo principio quod à siniſtro pubis osse ducitur, liberatum est: dextrum autem corpus suo principio adhuc pubis dextro ossi firmatur. Præterea hîc S nostri figura in conspicuo est, quam penis flaccidus languidusque cum vesica effingit.

ρ Venarum & arteriarum neruorumque penem adeuntium series, tam aptè ac in huiusmodi figuris id moliri datur expressa.

φ, χ Primum exteriusve testis peculiare inuolucrum à peritonæo inibi pronatum, vbi φ ascripsimus. vbi verò χ locatur, ea eius inuolucri sedes notatur, qua hæc infimę testis parti connascitur.

ψ Testis musculis iam dicto inuolucro innatus.

ω Musculus femur mouētium septimus hîc se spectandum offert, quà super coxendicis os deorsum ducitur.

* Recti intestini portio, quæ in corpore dum intestina reliqua auferuntur, relinqui consueuit. Supra hanc recti intestini portionē eleganter quoque venæ cauæ & arteriæ magnæ distributio circa ossis sacri regionem visitur.

## *VIGESIMAE SECVNDAE FIGVRAE eiusdemq; characterum index.*

VIGESIMA secunda figura multas particulares obtinens effigies, tabellasve, simul cum illa quæ mox præcessit, ac ordine vigesima prima fuit, potissimum ad virilium organorum generationis inspectionem facit. Porrò in hac vigesima secunda figura duæ sunt præcipuæ effigies, quarum vnam non inopportunè dextram, alteram verò siniſtram appellabimus. ac in vtrisque quidem effigiebus renes, vesicam & seminaria organa cum venæ cauæ & arteriæ portionibus execta è corpore finximus. Atque hæc quidem in dextra anteriori facie, in siniſtra autem posteriore delineantur. & in dextra adhuc priuatim vesicam, & ipsius ceruicem seu meatum semini vrinæque communem aperuimus, quum hęc in siniſtra adhuc sint integra: quemadmodum in characterum explicatione dicturus sum diffusiùs, simulatque effigies expressero, quæ siniſtrum latus & inferiorem præsentis vigesimę secundę figuræ sedem occupant, ac maiusculis Latinorum litteris in hunc modum notantur.

A, B Duabus his tabellis dextrum testem anteriori facie, at magis secundum siniſtrum latus ostendentibus, idem exprimitur. verùm superior A insignita ab inferiori B indicata in hoc differt, quòd ipsa semen deferentis vasis situm inturbatum ostendat: quum interim inferior B notata deferentis semen vasis partem, quæ secundum testis anteriora sursum fertur, neque amplius testi adnascitur, ex sua sede siniſtrorsum habeat reflexam, detrusamve, vt insertio applicatioque venæ & arteriæ seminalium ad testem in conspectum veniret. At hæc characterum vtrisque effigiebus A & B insignitis communium opera reddentur dilucidiora.

C Vena & arteria seminales illic abtruncatę, vbi iam ex magna peritonæi amplitudine excidentes inuicem implicantur, commiscenturque, ac corpus quod varicosum mihi appellabitur efformare incipiunt, seu huius varicosi corporis quod pyramidi assimilabitur conus.

D Basis varicosi corporis, seu sedes qua vena & arteria seminalis testi inseruntur, & ramulos intestis intimum inuolucrum & testis substantiam spargunt.

E Vasis semen à teste deferentis initium,

F Reflexus vasis semen deferentis secundùm testis humiliorem sedem.

G Sursum conscendens deferētis semen vasis portio, & ipsius regio, in qua amplius testi connasci desinit.

H Præsens effigies deferentis semen vasis portionem ostendit, quæ testis intimo connata erat inuolucro: & foraminula illa asperitatesque cernuntur, quę in eius vasis sede post sectionem conspiciuntur, quę inuolucro illi connascebatur.

I Hac effigie eadem vasis semen deferentis portio, quę & mox præcedenti delineatur. verùm hæc sedem eius portionis ostendit, quæ gibba est testisque inuolucro non connascitur.

L Testis à quo semen deferens vas abiectum est, ipseque adhuc testis cum intimo ipsius inuolu-

cro & varicoſo corpore remanſit.

M Hæc eadem cum effigie L notata indicat. verùm vt illa anteriorem teſtis faciem exprimebat, ita hæc poſteriorem, & duæ ſubſequentes notæ vtri que ſunt communes.

N Prima venæ & arteriæ ſeminalium commixtio, ſeu varicoſi corporis conus.

O Varicoſi corporis baſis, & in teſtis ſubſtantiam ipſiuſque intimum inuolucrum inſertio.

P Teſtis ſuo intimo adhuc obductus inuolucro, ſed à varicoſo liberatus corpore, & ſuperiorem ipſius regionem oſtendens, in qua varicoſum illud corpus inſeritur. Apparent namque hic fora mina ramulorum varicoſi corporis. qui (vti dicebam) teſti implantantur.

Q In hac effigie intimam teſtis tunicam inuolucrumve nouacula diſſecui, & ex altero latere à

R teſtis ſubſtantia eius inuoluceri partem R notatam diremi, in poſterioraque reflexi, vt ductus in conſpectum venirent, qui à ramis inuolucrum intertexentibus in teſtis ſubſtantiam pertinent.

S Alteram verò huius inuolucri partem S inſignitam, teſti adhuc connatam reliqui.

T Hîc teſtis per medium diſſectus iacet, vaſorum per ipſius ſubſtantiam diffuſorum, ac V & V naturam diſtributioniſque ſeriem commonſtrãs. Qui verò modò ſubſequuntur characteres, duabus grãdioribus & magis præcipuis vigeſimæ ſecundę figuræ effigiebus proprij habentur.

1 Hac numeri nota indicatur anterior renis regio

2 Poſterior renis regio. 3 Superior renis regio.

4 Inferior renis regio. 5 Extrernum renis latus.

6 Internum renis latus: in quo 6, 7, & 8, ſinum eius lateris indicant. verùm 6, priuatim notat eius ſi-

7, 8 nus tuber. 7 autẽ & 8 ſinus eius angulos impreſſioneſque.

g Venæ cauę caudex, inibi abſciſſus, quà deorſum tendens iecur ſuperauit.

h Arteriæ magnæ truncus inibi reſectus, vbi primùm ſub ſepto tranſuerſo in peritonæi amplitudinem fertur.

k Radices arteriarum quæ meſenterio & inferiori membranę omenti digeruntur.

l Venæ pinguem dextri rẽnis tunicam petentis principium.

m Vena & arteria dextro reni ſeroſum ſanguinem deducentes.

n Vena & arteria ſiniſtro reni in ſeroſi ſanguinis ductu famulantes.

o Venæ in pinguem ſiniſtri renis tunicam excurrentis origo.

q, q Meatus vrinam è renibus in veſicæ amplitudinẽ deportantes.

r Meatum vrinam veſicæ deducentium in veſicã inſertio. ac in dextra quidem effigie orificia indicantur, quà hi meatus in veſicam pertinent, & membranei proceſſus quoque his orificijs præfecti. in ſiniſtra autẽ effigie ſedes indicatur, qua illi meatus primùm veſicæ applantantur.

t Seminalis vena dextra.

u Tuberculum, ſeu protuberans ſeminalis venæ dextri lateris principium.

x Vena ſeminalis ſiniſtrum petens teſtem.

α Seminalium arteriarum ex magnæ arteriæ caudice initia.

β Surculorum radices quos venę ſeminales peritonęo offerunt, quà illi ſecundùm lumborum regionem committuntur.

δ Venę arterięque ſeminalium coitus commixtiove, & varicoſi corporis initium.

ε Venę & arterię ſeminalium ad teſtem inſertio, ſeù varicoſi corporis baſis.

ζ Teſtis intimo ipſius inuolucro adhuc obtectus.

η Principium vaſis ſemen à teſte deferentis.

θ Deſcenſus vaſis ſemen deferentis ſecundum poſteriorem teſtis regionem.

ι Locus quo deferens ſemen vas rurſus ſecundùm teſtis humiliora ſurſum fertur, neque amplius teſti connaſcitur, vti faciebat ab η per θ ad ι.

κ Sedes deferentis ſemen vaſis, vbi primum nerui modò citra omnem reuolutionem ſpiramve ſurſum properat.

λ Hac ſede ſemen deferens vas ad poſteriorem regionem venę ac arterię ſeminalium reflexum, in peritonęi amplitudinem contendit.

μ Dextri ſemen deferentis vaſis cum ſiniſtro coitus, propter veſicę ceruicis initium.

ν Veſica, quę in dextra effigie priuatim adaperta eſt, ipſius commonſtrans cauitatem.

ξ Glanduloſum corpus vaſorum ſemen deferentium inſertionem excipiens, ac in dextra effigie longa ſectione ad meatus vſque vrinarij amplitudinem diſſectum.

ο Amplitudo cauitasque ceruicis veſicę, in quam vaſa ſemen deferentia inſertionem moliuntur.

π Muſculus veſica ceruicem ambiens, ac vrinę excretioni prępfectus.

ρ, τ Duo penem potiſſimùm conſtituentia organa.

υ Venę ac item arterię penem ceruicemque veſicę accedentes.

φ Sedes notatur meatus vrinę ſeminique communis, quę reliquo ipſius ductu amplior in penis glande viſitur.

## *PRIMAE MVLIEBRIVM FIGVRARVM eiuſdemq; characterum index.*

PRIMA figura muliebris corporis truncus humi ſtratus exprimitur, cuius peritonęum vnà cum abdominis muſculis adapertum eſt, ac in latere (vt inter ſecandum fit) reflexum. Deinde inteſtina omnia à meſenterio prępſecuimus, recto inteſtino adhuc in corpore relicto, ſimul cum integro meſenterio, cuius membranas hîc aliqua ex parte inuicem diremimus, vt meſenterij natura oculis ſubijceretur. Verùm prępſens figura in hoc potiſsimùm delineata eſt, vt vteri & veſicę poſitum ita oſtenderet, quemadmodũ in hac muliere vtero nobis nulla ex parte moto, is occurrit. Nulla enim hîc ab vtero diuulſa eſt membrana, ſed omnia integra ita hîc viſuntur, quemadmodum in mediocriter obeſis mulieribus iam amotis inteſtinis ſecanti obuiam veniunt. Mulieres namque adeò pingues ſunt, vt longo etiam morbo enecatę & macilentiſſimę, nullam vaſorum ſeriem (niſi mẽbranis mutuò diremptis) oſtendant.

D Pe-

# DE ORGANIS NVTRITIONI

Index.

A,B C,D Peritonæi anterioris ſedis interior ſuperficies.

E,E Meſenterij pars tenuia inteſtina dorſo connectens.

F,F Altera meſenterij membrana notatur, ab altera

G,G quam G & G inſigniui diuulſa. Vtraq; aũt membrana vaſorum per meſenterium ſeriem, & glãdularum vaſorum diſtributionibus interpoſitarum naturam indicat.

H,H Hac meſenterij parte colon inteſtinum, quà recto erat proximum, committebatur.

I Hac meſenterij parte, coli inteſtini initium, ſeu ipſius cum tenuibus inteſtinis continuitas, dein cæcum quoque inteſtinum conſiſtebant.

K Rectum inteſtinum inibi præfectum vbi colon deſinit, quæ ſedes eſt è regione connexus ſacri oſſis cum infima lumborum vertebra.

L Anterior vteri fundi ſedes, à qua nihil prorſus auulſum cernitur. M Dexter mulieris teſtis.

N Mulieris ſiniſter teſtis, atq; huius anterior pars hîc tota oculis ſubijcitur, quum interim dextri teſtis modica videatur portio: idque ideo accidit, quod dextrum teſtem ita delineauerimus, quemadmodum vterque teſtis membrana tegitur ſeminaria mulieris vaſa deducente, atq; à peritonæo nata: ſiniſtrum verò teſtem illa membrana deteximus, quod ſolius manus, nullo adhibito cultro, fit beneficio. Hæc namque membrana anteriori teſtis ſedi nulla ex parte adnaſcitur ſed incumbit ſolùm.

O,O Membrana à peritonæi dextra ſede pronata, & teſtem dextrum vnà cum huius lateris ſeminalibus vaſis, ac illis quę vteri elatiorem ſedem implicant vaſis, dorſo committens, vterumq; pariter continens, & deniq; cum altetius lateris mẽbrana ſecundam vteri tunicam conſtituens.

P Hàc nuper in dicta membrana carneæ excurrũt fibræ dextrum vteri conſtituentes muſculum.

Q,Q His characteribus ſiniſtræ lateris membrana notatur, quæ illi correſpondet, quam nuper O, O indicarunt.

R,S Vteri ceruicis anterior pars, inter R & S ea adhuc obducta tunica, quam peritonæi partes illi offerunt, quæ ipſi vaſa exporrigunt, deducuntq;, ac illum peritonæo adnectunt. Cæterùm interuallum inter R & S conſiſtens, vteri ceruicis amplitudinem quodammodo ſignificat. Rugæ verò hîc conſpicuæ. illę ſunt quas vteri ceruix in ſe collapſa, neque aliàs diſtenta, inter ſecandum commonſtrat.

T Veſica cuius poſterior facies hic potiſſimùm ſpectatur. ita enim in figuræ huius delineatione oculum direximus, ac ſi in corpore proſtrato, poſteriorem veſicæ ſedem quę vterum ſpectat, potiſſimùm cernere voluiſſemus. Si enim præſens muliebre corpus, ita vti id quod modò ſubſequetur, erectum arbitrareris, etiam ſecus atque res ſe habet, vteri fundum multò elatius ipſa veſica delineatum eſſe tibi perſuaderes.

V Vmbilici eſt portio, à peritonæo inter ſecandũ liberata, & vnà cum vaſis fœtui peculiaribus hîc deorſum reflexa.

X Portio venæ ab vmbilico iecur petentis.

Y Meatus à veſicæ fundi elatiſſima ſede ad vmbilicum pertinens, ac fętus vrinam inter ſecundum & intimum ipſius inuolucrum deducens.

Z,et & Duæ arteriæ ab vmbilico huc ſecundùm veſicæ latera prorepentes, atque hac ſede magnę arteriæ ramis pubis oſſium foramina potiſſimum adeuntibus inſertæ, ſeu continuæ.

## *SECVNDAE MVLIEBRIVM FIGVRArum, eiuſdemq; characterum Index.*

A præſentis figurę dextra mamilla cutem abſtulimus, vt quàm fieri poſſet proximè mamillarũ natura hîc oculis ſubijceretur. Deinde ventriculum, & cum inteſtinis meſenterium & lienem reſecuimus, recto interim inteſtino non ſecus quàm in mox prȩcedente figura relicto. Ad hęc, vterum ſuo extimo quod peritonæum ipſi porrigit inuolucro quodammodo ſpoliauimus, omnes membranas quàm licuit accuratiſſimè paſſim ideo amputantes, vt ſeminis materiam teſtibus deferentia & rurſus ſemen ab his vtero deducentia vaſa in conſpectum venirent. Veſicã verò deorſum in ſiniſtrum latus refleximus, vnà meatum à dextro rene ipſi vrinam deferentem abrũpentes, vt vrinã veſicę deferentium meatuũ inſertio appareret, ipſaq; veſica vteri inſpectionem nõ occuparet. Poſtremò pubis oſſium portionem ab hac figura exſecuimus, quo vteri ceruix ac veſicæ etiam collum appoſitè viderẽtur.

A,A Venæ ad mamillas ſubinde excurrentes ab illis quę cuti ſummo humero obductæ offeruntur.

B Venæ ab illis pronatę quę per axillam in manũ porriguntur. C Præcipuum mamillæ corpus.

D,D Glandulæ acadeps vndecunque corpori illi glãdoſo ac C inſignito adſtratę.

E,F G,H Peritonæi anterioris ſedis interior ſuperficies. eſt enim hîc anterior peritonæi regio, ad latus, & ſurſum deorſumque flexa.

I,K Venarum ac item arteriarum ſub pectoris oſſe deorſum à iugulo prorepentium portiones.

L Iecoris gibba ſedes.

M Iecoris cauum hic quoque aliqua ex parte conſpicuum.

N Venæ ab vmbilico iecur petentis portiuncula.

O Venæ portæ caudex hîc ſimul cum vaſis ipſis attenſis præfectus.

P Vena caua. Q Arteria magna.

R Arteriarum ventriculum, iecur lienem, omentum ac inteſtina petentium radices.

S Principium venæ pinguem ſiniſtri renis tunicã implicantis. T Vena ac arteria dextro reni ſeroſum humorem deducentes.

V Vena ac arteria ſiniſtro reni ſeroſum humorem deferentes. X Principiũ venę pinguem dextri renis tunicam adeuntis.

Y Dextri renis anterior ſedes.

Z Siniſtri reni anterior facies.

a,a Meatus à dextro rene vrinam in veſicam deducens, & ad humilius a effractus portio autem hu

b ius meatus reliqua, ac veſicæ adhuc continua, b inſignitur.

c,c Meatus vrinam à ſiniſtro rene in veſicã deferẽs.

d,d Dextra ſeminalis vena, cuius initium elatius d indicat.

e Seminalis vena siniſtrum petens teſtem.
f Seminalium arteriarum ortus.
g Seminalis arteria dextra.
h Seminalis arteria siniſtra.
i, k, l Anterior vteri fundi pars. ac i dextrum fundi obtuſum indicat angulum, k autem siniſtrum, l verò regionem vteri vbi ipſius fundi conſiſtit orificium, ipſiuſque ceruix inchoatur.
m Rectum inteſtinum quo minus vtrunque figuræ latus inibi vbi par vtrinque eſt ratio onerem, veni duntaxat lateri iam characteres opportunè adhibebo.
n Venæ ac arteriæ ſeminalis portio, vteri fundi ſuperiorem accedens ſedem.
o Venę acitem arterię ſeminalis portiones teſtem adeuntes, & inuicem cocuntes, corpuſque inſtar
p pyramidis conſtituentes. ac p huius corporis baſim notat, teſti commiſſam.
q A nuper dicto corpore eiuſmodi vaſcula in mẽbranas excurrunt, teſtem peritonæo cõmittẽtes.
r Teſtis anterior facies.
s Vaſis ſemen à teſte in vterum deferẽtis initium.
t, t Vaſis ſemen deferentis reflexus, quos id circum teſtis latera conficit.
u Vaſis ſemen deferentis ad vterum progreſſus.
x, x Vteri ceruix.
y Vaſa inferiorem vteri fundi ſedem ac vteri ceruicem implicantia.
α Vena veſicam ab illis vaſis accedens, quæ vteri ceruicem intertexunt. atque hîc etiam character vrinariorum meatuum inſertionem notat.
β, β Veſicæ fundi poſterior ſedes.
γ Veſicæ ceruicis muſculus.
δ Hac ſede veſicæ ceruix vteri ceruici implãtatur.
ε Cuticulares ceruicis vteri orificij carunculæ. atque hîc vteri colles & ceruicis ipſius orificium, citra characterum operam neminem latent.
ζ Arteriæ humillimam meſenterij partem accedentis radix.
η Vaſa ab illis quæ crus adeunt venis ac arterijs ſurſum ad abdominis muſculos aſcendentia.

## TERTIAE MVLIEBRIVM FIGVRARVM eiuſdemque characterum index.

PRAESENS figura vterum vnà cum illum peritonæo alligantibus membranis à corpore exſectum cõmonſtrat. atq; ipſius ceruix adeò hîc ſurſum eſt conuoluta cuerſaq;, vt fundi vteri orificium in conſpectu ſit. Veſicæ verò fundum & ceruicem quoq; aperuimus, vt veſicæ cauitas meatuumq; vrinariorũ inſertio in propatulo eſſent.
A Vteri fundi anterior facies, nulla mẽbrana prorſus derecta. B, B Vteri ceruix.
C Fundi vteri pars glandis modo in ſuperiorem vteri ceruicis ſedem protuberans.
D Orificium fundi vteri.
E, E Mẽbrana vtrum peritonæo connectens, ipſiuſq; vaſa continens. F Siniſter vteri teſtis.
G Vena & arteria ſeminalis.
H Portio venæ ac arteriæ ſeminalium, vteri fundi ſuperiorem ſedem accedens.
I Portio arteriæ & venæ ſeminaliũ teſtẽ accedens.
K Vas ſemen à teſte in vterum deducens.
L Veſicæ cauitas.
M Vrinariorũ meatuũ inſertio.
N Vrinariorum meatuum fruſtula hic propendent.

## θ QVARTAE MVLIEBRIVM FIGVRARVM eiuſdemq; characterum index.

ι RAMVLI à vena & arteria in membranã excurrentes, quà peritonæo committuntur.
κ Portio venæ & arteriæ teſtem adeuntium, ſuperiorem fundi vteri ſedem petens.
λ Commixtio venæ & arteriæ ſeminalium, quæ
μ, μ inſtar pyramidis eſt, & varicibus aſſimilatur.
ν Teſtis siniſter.
Vas ſemen à teſte in vterum deferens.
ξ Obtuſus vteri fundi angulus, in quem vas ſemen deferens inſertionem molitur.
ο, ϖ Hac ſede fundus vteri in ceruicem terminatur,
ρ hacque regione ipſius conſiſtit orificium.
Vteri ceruix.
σ Hic veſicæ ceruix in vteri ceruicem producitur ac deſinit.
τ, τ Vaſa ſunt inferiorem vteri fundi ſedem & cer-
υ, υ uicem implicantia.
Ceruicis vteri oris colliculi.
Meatus vrinam è renibus in veſicam ducentes.

## QVINTAE, SEXTAE, SEPTIMAE ET octauæ figurarum index.

PRIMA tabula vterum maſculino fœtu turgidum, in anteriori ipſius ſede vna longa & altera tranſuerſa ſectione diuiſimus, vteri fundi tunica
A, B rum partes in latera, atque adeò ab extimo fœtus inuolucro diducentes.
E, E C, D Interna ſuperficies vteri, quæ ante ſectionem fœtus inuolucris obducebatur.
Exterior vteri ſuperficies. atque elatius E vteri apicem ſeu angulum dextrum notat, ſurſum de-
F xtrorſumque magis quàm siniſter, quod hic maG, G ſculus vtero geratur, exporrectum.
Primum extimum ve fœtus inuolucrum.
H Secundum fœtus inuolucrum hic quoque magna ex parte viſitur.
Vteri ceruicis pars, cui in altero latere venam &
I arteriam adnatam reliquimus, quæ in humiliorem vteri fundi ſedem potiſſimùm diſpenſatur.
Dexter vteri teſtis hîc quoque, vt ipſius in grauidis ſitus videretur, adhuc relictus.
K SECVNDA tabula fœtus inuolucra illacera
L, L ex vtero dempta commonſtrat.
Extimum fœtus inuolucrum.
Secundum fœtus inuolucrum: quod quũ pelluci dum mẽbranæ modò ſit, in ipſo complexum cũ tertio inuolucro fœtum nonnihil conſpici ſinit.
TERTIA tabula extimum fœtus inuolucrum, & ſecundum longa ſectione diuiſimus, ac vtraq; à tertio inuolucro ſeducta, hic vnà cum tertio
M, M inuolucro adhuc integro expreſſimus.
Tertium intimum ve fœtus inuolucrum: quod
N quia egregiè pellucidum eſt, fœtum nonnihil eo ſitu oſtendit, quo is in ipſo iacet.
O, P Venarum arteriarumq; ſeries ex primo fœtus inuolucro vmbilicum petens.
O, P Secundum fœtus inuolucrum: atque O & O inter-

internam ipſius indicant ſuperficiem, P verò & Q,R P externam.

Primum fœtus inuolucrum: atque Q externam notat ſuperficiem, R autem internam. Vaſorum aũt per tertium & ſecundum inuolucrum ſeries etiam citra notarum opẽ prompt è dignoſcitur.

QVARTA tabula fœtum omnibus ſuis tunicis liberum, itaq; iacentem exprimit, quemadmodum in vtero magna Naturæ prouidentia ſecus quàm Anatomicorum vulgus arbitratur, in omni media figura locatur. Falſiſſimum nanque eſt, quod ita conglobatus, aut (vt ſic dicam) ſphęricus iaceat, vt genibus faciem contingat, itaque in extrema prorſus figura reperiatur. imò ſi hũc verum ipſius ſitum obſeruaueris, nullius prorſus articuli motum magis inuenies medium minuſ ve laborioſum, atq; is eſt quem modò ſinguli obtinent articuli. Cæterùm in hac figura M, M, N, O, P, O, P, & Q, ac R idem notant quod tertia ta- S bula: niſi quod M & M internam ſuperficiem inſinuant tertij ſeu infimi inuolucri, S autẽ hic priuatim indicatur vaſorum vmbilici progreſſus, I I, &c. qui inter vmbilicum & vaſorum cum tertio inuolucro connexum habetur, quiq; longo ducitur interuallo, nodis aliquot interdum, aut, vt veriùs dicam, varicoſis tuberibus donatus, è quorum numero obſtetrices ridiculè futurã adhuc prolium copiam præſagiunt, etiam quum hunc progreſſum (vti interdum fit) collo obductũ cernunt: addentes illam quam ſuſcipiunt prolem, ſuſpendio necandam. Eiuſmodi nanque permulta, ridenda potius quam credenda effutiunt credulæ ac vanæ obſtetrices pleræque.

### *NONAE MVLIEBRIVM FIGVRARVM eiuſdemq; characterum Index.*

NONA figura vterum à corpore exectũ ea magnitudine refert, qua poſtremò Parauij diſſectæ mulieris vterus nobis occurrit. atq; vt vteri circunſcriptionem hic expreſſimus, ita etiã ipſius fundum per medium diſſecuimus, vt illius ſinus in conſpectum veniret, vnà cum ambarum vteri tunicarũ in non prægnãtibus ſubſtantię craſſitie.

A, A B, B Vteri fundi ſinus.

C, D Linea quodammodo inſtar ſuturæ, qua ſcortum donatur, in vteri fundi ſinũ leuiter protuberans.

E, E Interioris ac propriæ fũdi vteri tunicę craſſities.

F, F Interioris fundi vteri portio, ex elatiori vteri ſede deorſum in fundi ſinum protuberans.

G, G Fundi vteri orificium.

H, H Secundum exteriuſq; fundi vteri inuolucrum à peritonæo pronatum.

I, &c. Membranarum à peritonæo pronatarum, & vterum continentium portionem vtrinque hic aſſeruauimus.

K Vteri ceruicis ſubſtantia hîc quoque conſpicitur, quod ſectio qua vteri fundum diuiſimus, inibi incipiebatur.

L Veſicæ ceruicis pars, vteri ceruici inſerta, ac vrinam in illam proijciens. Vteri colles, & ſi quid hîc ſpectandum ſit reliqui, etiam nullis appoſitis characteribus, nullis non patent.

# POST HÆC AGETVR DE CORDE, IPSIQVE FAMVLANTIBVS ORGANIS CVM SVIS FIGVRIS ac indicibus.

PRAESENS figura tantam hominis in dorſo cubantis partem ex ſiniſtro latere cõmonſtrat, quantam oſtendendæ thoracis ſedi ſufficere arbitrati ſumus. Ab anteriori itaq; thoracis ſede & lateribus, ac dein ab aliqua colli regione cutem ſectionis ſerie ademimus, ac dein muſculis qui coſtis obducuntur reſectis, coſtarum oſſa à ſuis cartilaginibus vnà cum pectoris oſſe liberauimus, & coſtarum oſſibus (vti inter ſecandum fit) effractis, coſtarũ cartilagines ſurſum verſus dextrum latus attraximus, vt thoracis amplitudo, hancq; interſepientes membranæ, & pulmo, reliquaq; in conſpectũ venirent, quæ modò in characterum Indice ſignificabuntur.

A, A Siniſtri lateris coſtarum indicãtur cartilagines, vnà cum pectoris oſſe, dextrorſum ſurſumque tractæ.

B, B Intercoſtales muſculi interualla cartilaginum occupantes.

C, C Coſtarum à cartilaginibus ſeiunctarum oſſa.

D, D Intercoſtales muſculi interualla oſſium adimplentes.

E Clauicula hîc nuda, atque in ſua ſede adhuc aſſeruata cernitur.

F Venarum, arteriarum, neruorumq; in axillam perreptantium ſeries.

G Exterior iugularis vena hîc mox auulſa cute ſecantibus occurrens.

H, H Siniſtra thoracis amplitudinem interdiuidens membrana, ſuperficie ipſius ſiniſtra hîc conſpicua. quam etiam L, M, N & O indicant.

I, I Septum tranſuerſum ea ſuperficie hîc apparens, qua ſiniſtram cauitatis thoracis ſedem reſpicit.

K Sedes vbi inter diuidentium thoracem membranarum ſiniſtra ſepto connaſcitur.

L Hæc protuberans ſedes, cordis gratia hîc in ſiniſtrum adeò prominet. id namq; vnà cum ipſius inuolucro inter membranas thoracem diuidentes comprehenſum, in ſiniſtrum longè magis quàm in dextrum porrigitur, atque huius potiſſimùm tuberis occaſione præſentem figuram ex ſiniſtro potius, quàm dextro latere expreſſimus.

M Vena siniſtro pectoris oſſis lateri exporrecta, & siniſtræ thoracem interdiuidenti membranæ varios ſurculos offerens.

N Arteria siniſtro pectoris oſſis lateri exporrecta, & similiter ac vena M insignita ramulos siniſtrę thoracem interſepienti membranæ exhibens.

O, O Ramuli à vena ac arteria deducti, quæ ſecundū pectoris oſſis siniſtrum latus à iugulo ad abdominis regionem pertingunt.

P, P Neruus ſepti tranſuerſi siniſter, hic conſpicuæ thoracem interſepientis membranæ ſuperficiei in progreſſu adnatus.

Q Vena in hominibus potiſſimum à iugulo vnà cū ſepti trāſuerſi neruo deorſum excurrens, & mēbranæ thoracem interſepienti ramulos deriuās.

R, S T, V Pulmonis pars siniſtram thoracis cauitatē occupans. ac R & S huius partis ſedem notāt, quę coſtis, ſeu ipſas ſuccingenti membranæ proxima eſt, gibbāue cernitur. T verò & V eius partis ſedem indicant, quæ priuſquam collaberetur, exteriori ſuperficiei membranæ thoracem interdiuidentis committebatur. Rurſus R & T partis huius pulmonis ſuperiorem inſinuant fibram. ſeu lobum. S autem & V inferiorem.

## *SECVNDAE FIGVRAE EIVSDEMQVE characterum index.*

SECVNDA figura, quam erectam, non autem humi proſtratam finximus, primam ſectionis ſerie ſubſequitur, etenim anteriori thoracis ſede & lateribus cute & muſculis qui illis adnaſcebātur, denudatis, ac coſtarum cartilaginibus ab oſſibus liberutis, ipſiſq; oſſibus extrorſum effractis, tandē pectoris os vnà cū ipſi coarctatis cartilaginibus ab vtriſq; thoracem interſepientibus mēbranis liberauim⁹, ſurſumq; deduximus, vt illius interior ſuperficies obuia eſſet, & membranarū thoracem inter diuidentium natura accuratius adhuc quàm in prima figura exprimeretur.

A, A Pectoris oſſis vnà cum coſtarum ipſi commiſſis cartilaginibus interior, ſeu thoracis cauitatem ſpectans ſuperficies.

B, C Duæ indicantur venæ à iugulo pectoris os petentes, ac præter frequētes quas diffundūt ramulos, etiam ad elatiorē abdominis ſedē excurrentes.

D, E Duæ arteriæ venas nuper cōmemoratas ad vmbilici vſque regionem concomitantes, nullibi tamen vt venæ ad cutem ſubeuntes.

F Glandulæ ſub elatiſſima pectoris oſſis ſede in iugulo repoſitæ, ac vaſorum ſecuræ diſtributioni à Natura præfectæ.

G, G Dextræ thoracem interdiuidentium membranarum pars, quæ dextro pectoris oſſis lateri adnaſcebatur.

H Dictæ modò membranę dextra, ſeu pulmonem ſpectans ſuperficies.

I, I Siniſtræ thoracis cauitatem interſepientium membranarum pars, quæ siniſtro pectoris oſſis lateri ante ſectionem connata fuerat.

K Dictæ modò membranę siniſtra, ſeu pulmonem reſpiciens ſuperficies.

L, L Interuallum indicatur inter duas thoracem interſepientes membranas inibi conſpicuum, vbi humano pectoris oſſi continuantur.

Hæc protuberans regio cordis indicat ſitum. cor enim vnà cum ipſius inuolucro immotum in-

M, M ter membranas thoracem ſepientes collocatur.

P, Q Pulmonis gibbum ſedeſve coſtis contermina indicatur. neutra namque ex parte pulmonis

N, O partes in latera reflexim⁹. Verùm N & O duas fibras dextræ partis pulmonis indicant, N quidem elatiorem, O verò humiliorem. atque ita etiam in siniſtro latere P & Q.

Septi tranſuerſi ſedes, quam à mucronata pectoris oſſis cartilagine hic S insignita, & dein à car-

R, R tilaginum quæ pectoris oſſi non coarticulantur mucronibus, liberaui.

Cutis deorſum à thoracis anteriori ſede, euerſa, atque ea ſuperficie conſpicua, qua muſculis ob-

T, V ducebatur.

## *TERTIAE FIGVRAE, ET IPSIVS characterum index.*

QVONIAM duæ præcedentes figuræ cordis ac pulmonis ſitum abundè indicant, præſentem figuram (vti & ſubſequentes vniuerſas) tanquam è thoracis cauitate euulſam delineauimus, ne ſi ſingulis figuris truncum corporis appinxiſſem⁹, negotium fruſtra operoſius redderetur. Tertia itaque figura cor ſuo veſtitum inuolucro continet vnà cum pulmone & ſeptī tranſuerſi portione, cui in hominibus magna amplitudine cordis inuolucrum connaſcitur.

A Hic venæ cauæ portionem ſurſum conſcendentem & magnam arteriam præſcidimus, tanta vaſorum cordis aſſeruata portione, quanta cordis inuolucro obducitur, aut à qua id inuolucrū potius initium ducit. Vbi enim hîc B aſſcripſi, illic

B inuolucrum pertinaciſsimè cauæ venæ & magnæ arteriæ & venæ arteriali adnaſcitur, ab illis vaſis non ſecus quàm à corde, toto illo interual-

C lo abſcedens, quod à B ad C metitur. C enim cordis baſis ſedem regionemve indicat.

D, E, F Cordis inuolucri anterior ſedes, cordis figurā nuci pineę non admodum abſimilem referens. D enim & E baſim notant, F verò mucronem.

G Ab F ad G ſedes inſignitur, qua cordis inuolucrū ſepto tranſuerſo in hominibus ſecus multò quā in canibus adnaſcitur. Cæterùm venulæ hic in cordis inuolucro conſpicuæ, non cordis, at ipſi⁹ inuolucri ſunt. id namq; in hominibus tā craſsū validumque viſitur, vt cordis color per illud vix tranſpareat. H Septi tranſuerſi pars.

I, I Septi tranſuerſi nerui.

L, M N, O Pulmo. at ſinguli characteres ſingulas humani pulmonis inſinuant fibras, loboſve.

## *QVARTAE FIGVRAE, EIVSDEMque characterum Index.*

QVARTA figura cordis inuolucrum diuiſum gerit, ipſumq; cor & cordis vaſa anteriori ſede ab inuolucro detexim⁹, corde interim immoto.

A Sedes, qua cordis inuolucrum cordis vaſis ſupra ipſius baſim continuatur.

B, B Cordis inuolucrum ab anteriori cordis ſede in latera reflexum.

C, D E Cordis anterior ſedes. ac C quidem & D ipſius indicant baſim, E verò mucronem.

F Vena caua.

Arte-

M Vena siniſtro pectoris oſſis lateri exporrecta, & siniſtræ thoracem interdiuidenti membranæ varios ſurculos offerens.

N Arteria siniſtro pectoris oſſis lateri exporrecta, & similiter ac vena M insignita ramulos siniſtrę thoracem interſepienti membranæ exhibens.

O, O Ramuli à vena ac arteria deducti, quæ ſecundū pectoris oſſis siniſtrum latus à iugulo ad abdominis regionem pertingunt.

P, P Neruus ſepti tranſuerſi siniſter, hic conſpicuæ thoracem interſepientis membranæ ſuperficiei in progreſſu adnatus.

Q Vena in hominibus potiſſimum à iugulo vnà cū ſepti trāſuerſi neruo deorſum excurrens, & mēbranæ thoracem interſepienti ramulos deriuās.

R, S T, V Pulmonis pars siniſtram thoracis cauitatē occupans. ac R & S huius partis ſedem notāt, quę coſtis, ſeu ipſas ſuccingenti membranæ proxima eſt, gibbāue cernitur. T verò & V eius partis ſedem indicant, quæ priuſquam collaberetur, exteriori ſuperficiei membranæ thoracem interdiuidentis committebatur. Rurſus R & T partis huius pulmonis ſuperiorem inſinuant fibram. ſeu lobum. S autem & V inferiorem.

## *SECVNDAE FIGVRAE EIVSDEMQVE characterum index.*

SECVNDA figura, quam erectam, non autem humi proſtratam finximus, primam ſectionis ſerie ſubſequitur, etenim anteriori thoracis ſede & lateribus cute & muſculis qui illis adnaſcebātur, denudatis, ac coſtarum cartilaginibus ab oſſibus liberutis, ipſiſq; oſſibus extrorſum effractis, tandē pectoris os vnà cū ipſi coarctatis cartilaginibus ab vtriſq; thoracem interſepientibus mēbranis liberauim⁹, ſurſumq; deduximus, vt illius interior ſuperficies obuia eſſet, & membranarū thoracem inter diuidentium natura accuratius adhuc quàm in prima figura exprimeretur.

A, A Pectoris oſſis vnà cum coſtarum ipſi commiſſis cartilaginibus interior, ſeu thoracis cauitatem ſpectans ſuperficies.

B, C Duæ indicantur venæ à iugulo pectoris os petentes, ac præter frequētes quas diffundūt ramulos, etiam ad elatiorē abdominis ſedē excurrentes.

D, E Duæ arteriæ venas nuper cōmemoratas ad vmbilici vſque regionem concomitantes, nullibi tamen vt venæ ad cutem ſubeuntes.

F Glandulæ ſub elatiſſima pectoris oſſis ſede in iugulo repoſitæ, ac vaſorum ſecuræ diſtributioni à Natura præfectæ.

G, G Dextræ thoracem interdiuidentium membranarum pars, quæ dextro pectoris oſſis lateri adnaſcebatur.

H Dictæ modò membranę dextra, ſeu pulmonem ſpectans ſuperficies.

I, I Siniſtræ thoracis cauitatem interſepientium membranarum pars, quæ siniſtro pectoris oſſis lateri ante ſectionem connata fuerat.

K Dictæ modò membranę siniſtra, ſeu pulmonem reſpiciens ſuperficies.

L, L Interuallum indicatur inter duas thoracem interſepientes membranas inibi conſpicuum, vbi humano pectoris oſſi continuantur.

Hæc protuberans regio cordis indicat ſitum. cor enim vnà cum ipſius inuolucro immotum in-

M, M ter membranas thoracem ſepientes collocatur.

P, Q Pulmonis gibbum ſedeſve coſtis contermina indicatur. neutra namque ex parte pulmonis

N, O partes in latera reflexim⁹. Verùm N & O duas fibras dextræ partis pulmonis indicant, N quidem elatiorem, O verò humiliorem. atque ita etiam in siniſtro latere P & Q.

Septi tranſuerſi ſedes, quam à mucronata pectoris oſſis cartilagine hic S insignita, & dein à car-

R, R tilaginum quæ pectoris oſſi non coarticulantur mucronibus, liberaui.

Cutis deorſum à thoracis anteriori ſede, euerſa, atque ea ſuperficie conſpicua, qua muſculis ob-

T, V ducebatur.

## *TERTIAE FIGVRAE, ET IPSIVS characterum index.*

QVONIAM duæ præcedentes figuræ cordis ac pulmonis ſitum abundè indicant, præſentem figuram (vti & ſubſequentes vniuerſas) tanquam è thoracis cauitate euulſam delineauimus, ne ſi ſingulis figuris truncum corporis appinxiſſem⁹, negotium fruſtra operoſius redderetur. Tertia itaque figura cor ſuo veſtitum inuolucro continet vnà cum pulmone & ſeptī tranſuerſi portione, cui in hominibus magna amplitudine cordis inuolucrum connaſcitur.

A Hic venæ cauæ portionem ſurſum conſcendentem & magnam arteriam præſcidimus, tanta vaſorum cordis aſſeruata portione, quanta cordis inuolucro obducitur, aut à qua id inuolucrū potius initium ducit. Vbi enim hîc B aſſcripſi, illic

B inuolucrum pertinaciſsimè cauæ venæ & magnæ arteriæ & venæ arteriali adnaſcitur, ab illis vaſis non ſecus quàm à corde, toto illo interual-

C lo abſcedens, quod à B ad C metitur. C enim cordis baſis ſedem regionemve indicat.

D, E, F Cordis inuolucri anterior ſedes, cordis figurā nuci pineę non admodum abſimilem referens. D enim & E baſim notant, F verò mucronem.

G Ab F ad G ſedes inſignitur, qua cordis inuolucrū ſepto tranſuerſo in hominibus ſecus multò quā in canibus adnaſcitur. Cæterùm venulæ hic in cordis inuolucro conſpicuæ, non cordis, at ipſi⁹ inuolucri ſunt. id namq; in hominibus tā craſsū validumque viſitur, vt cordis color per illud vix tranſpareat. H Septi tranſuerſi pars.

I, I Septi tranſuerſi nerui.

L, M N, O Pulmo. at ſinguli characteres ſingulas humani pulmonis inſinuant fibras, loboſve.

## *QVARTAE FIGVRAE, EIVSDEMque characterum Index.*

QVARTA figura cordis inuolucrum diuiſum gerit, ipſumq; cor & cordis vaſa anteriori ſede ab inuolucro detexim⁹, corde interim immoto.

A Sedes, qua cordis inuolucrum cordis vaſis ſupra ipſius baſim continuatur.

B, B Cordis inuolucrum ab anteriori cordis ſede in latera reflexum.

C, D E Cordis anterior ſedes. ac C quidem & D ipſius indicant baſim, E verò mucronem.

F Vena caua.

Arte-

# DE CORDE IPSIQVE FAMVLANTIBVS organis.

G Arterialis vena.
H Magna arteria. Venalis autem arteria niſi corde in dextrum latus (vti ſexta oſtendit figura) reflexo, nulla ex parte conſpici poteſt.
I Dextra cordis auricula.
K Siniſtrę cordis auriculæ apex.
Venæ ſunt ac arterię à cordis baſim cingentibus vaſis pronatæ, atq; huc ex poſteriori cordis ſede,
I,L adeoq; ſiniſtro ipſius latere antrorſum reductæ.
M,N O,P, Pulmonis indicantur fibrę lobive.
Q Septi tranſuerſi pars.

## *QVINTAE FIGVRAE, ET IPSIVS characterum index.*

QVINTA figura vnà cum pulmonibus cor exprimit, verùm ab ipſius inuolucro penitus liberum: ac in ſiniſtrum latus in hoc reflexum, vt venę cauæ ad cordis baſim continuitas oculis ſubijceretur.

A Cordis dextrum latus, magnaque ipſius poſterioris ſedis regio.
B Dextra cordis auris auricula.
C Vena caua, quà in cor dehiſcit, aut ab ipſo pronaſcitur.
D Venę cauæ portio, ſeptu tranſuerſum permeãs.
E Septi tranſuerſi pars.
F Venæ cauę portio iugulum petens.
G Venæ paricarentis initium.
H Arterię magnæ radix.
I Arteriæ magnæ truncus, qui deorſum ad ſpinam explicatur.
K Portio eſt nerui ſiniſtri, ſexti paris neruorum cerebri, à quo ſubſequens figura cordis neruulum depromi oſtendet.
L,M N,O, Pulmonis notantur fibræ.
P Vaſorum pulmonem adeuntium hic aliqua ſeries conſpicitur.

## *SEXTAE FIGVRAE EIVSDEMQVE characterum index.*

SEXTA figura cor in dextrum latus ita conuolutum proponit, quemadmodum mox præcedens id ad ſiniſtram oſtendebat reflexum. atque vt illa venę cauę ad cordis baſim continuitatem indicabat, ita præſens venalem exprimit arteriam, ac ſiniſtram cordis aurem, & cordis quoque neruulum. cuius ductus vt eſſet conſpectior, arteriæ magnæ aliquot propagines, & aſperæ arterię & neruorũ ſexti paris cerebri portiones huic figuræ adnexas reliquimus.

A,B,C Cordis ſiniſtrum latus, & poſterioris ipſius ſedis magna regio.
D Venæ & arteriæ cordis baſim cingentes.
E,E Venæ & arteriæ à vaſis cordis baſim ambientibus deorſum exporrectę.
F Siniſtra cordis auricula. G Arteria venalis.
H,H Arteriæ venalis ſoboles in ſiniſtram pulmonis partem excurrentes. Quę verò in dextram ſeruntur, oculis non patent: quòd illarum radix ſub corde mox in huius vaſis ortu ad dextram pulmonis ſedem prorepat.
I Venæ arterialis principium.
K Arterialis venæ pars, ſiniſtram pulmonis partẽ petens.
L Arterialis venæ pars dextræ pulmonis parti diſtributa, ac ſecundùm poſteriorem caudicis magnæ arteriæ ſedem reflexa.
M Apex dextræ cordis auriculę.
N,N Vena caua. O Magnę arteriæ caudex.
P Magnæ arteriæ portio deorſum ad ſpinam detorta.
Q Magnę arterię portio ſiniſtrã axillam accedens.
R Arteriæ magnæ portio iugulum petens.
S Arteriæ magnę portionis iugulum petentis dextra pars, à qua axillaris dextri brachij conſtituitur arteria T inſignita.
V,X Soporatæ ſeu ſomniferæ arterię.
Y Aſperę arteriæ caudex.
a Dexter neruus ſexti paris neruorum cerebri.
b Ramuli, quos neruus a inſignitus ad dextri recurrentis nerui conſtitutionem digerit.
c Dexter recurrens ſeu reuerſiuus neruus.
d Siniſter neruus ſexti paris neruorum cerebri.
e Siniſtri nuper commemorati nerui furculus, ſiniſtræ pulmonis parti oblatus.
f Ramuli ſiniſtri nerui d inſigniti, à quibus ſiniſter recurrens neruus conſtituitur.
g,g Siniſter recurrens neruus.
h Neruulus ſecundum venam arterialem exporrectus, ac cordis baſis centrum adiens.
i,k,l m Pulmonis indicantur fibrę.
n,o Septum tranſuerſum.

## *SEPTIMAE FIGVRAE EIVSDEMQVE characterum index.*

SEPTIMA figura cor a pulmone & ſepto trãſuerſo liberum oſtendit, cuius dexter ventriculus vnica ſectione adapertus cernitur ab anteriori ſede orificij venę cauæ ad cordis vſque mucronẽ ducta, quò id orificium & ipſi prefectæ membranę in conſpectum venirent, dein vt interior dextræ cordis auriculæ ſuperficies oculis ſubijceretur, eam intro cuerſam finximus.

A Venæ cauę pars, ſeptum tranſuerſum permeans.
B Venę cauę pars iugulum petens.
C,C,C Orificium venæ cauę in dextrum cordis ſinum pertinens.
D,E Orificia ſunt aſcendentis & deſcendentis venæ cauæ partium.
F Dextra cordis auricula inuerſa, & inæqualem fibroſamque ipſius notans ſuperficiem.
G Coronalis venæ principium.
H,H H Protuberans in venæ cauæ orificio circulus.
K,L M Tres membranæ venæ cauæ orificio præfectæ.
N,N Fibræ ab inferiori ſede membranularum venæ cauæ orificij, deorſum ad ventriculi dextri latera mucronemque ductæ.
O,O Carneæ partes indicãtur, quæ fibras nuper dictas amplexantur, teretemque formam exprimunt.
P Hæc ventriculi dextri cauitas verſus venæ arterialis orificium pertinet.
Q,R Craſſities ſubſtantiæ dextrum cordis ventriculũ conſtituentis.

## *OCTAVAE FIGVRAE, EIVSDEMque characterum index.*

OCTAVA figura in hoc à iam præcedente variat, quod ex dextri cordis ventriculi ſede,

ini

inibi P insignita, sectionem duxerim in venæ arterialis vsque amplitudinem, ac eius venę orificium distenderim, vt membranæ ipsius aptè in conspectum venient.

A Venæ cauæ portio iugulum petens.
B Arteriæ magnæ caudex.
C,D Venę arterialis orificium, verùm singuli characteres indicant singula foramina ramorum, in quos arterialis venæ caudex primũ discinditur.
E,F Tres mẽbranæ arterialis venæ orificio præfectę.
H,H Cordis ventriculorum notatur septum, seu sinistrum latus dextri cordis ventriculi: atq; ita hic dextri ventriculi cordis vniuersa amplitudo in conspectu est.
I Vna membranarum venæ cauæ orificio adnatarum.
K Dextra hîc pendet cordis auricula adhuc inuersa, atque cum cordis substantia cui proxima est reflexa.

## *NONAE FIGVRAE EIVSDEMQVE characterum index.*

NONA figura idem cor, quod duabus iam præcedentibus, ostenditur. verùm hîc vna sectio ex arteriæ venalis orificio ad cordis vsque mucronem ducitur, ipsumque venalis arteriæ orificium vnà cum sinistro cordis ventriculo distenditur, apparentibus simul membranis illi orificio præfectis, & inuersa cordis sinistra auricula, vt & hæc internam ipsius superficiem ostenderet.

A Magnæ arteriæ caudex.
B Venæ arterialis portio.
C,C Venalis arteriæ orificium.
D,D Protuberans in venalis arteriæ orificio circulus.
E,F Duæ venalis arteriæ orificio præfectæ membranæ.
G,G Fibræ ab humiliori dictarum membranam sede deorsum ad sinistri cordis ventriculi latera protensæ.
H,H Carnea cordis substantia, eas quas modò G & G insigniui fibras amplectens.
I Sinistra cordis auricula introrsum inuersa.
K Septum cordis ventriculorum.
L Hàc sinistri ventriculi amplitudo ad magnæ arteriæ orificium conscendit, cuius membranas modò explicaturi sumus.
M,M Substantiæ cordis, quà sinistrum ipsius ventriculum constituit, crassities.

## *DECIMAE FIGVRAE EIVSDEMQVE characterum index.*

HIC ex sinistri cordis ventriculi dextra elatiorique sede sectionem ad arteriæ magnæ amplitudinem vsque duximus, vt distento eius orificio tres membranæ ipsi præfectæ, in propatulo essent.

A Arteriæ magnæ orificium.
B,C,D Tres membranæ arteriæ magnæ orificio præfectæ. verùm harum trium (vt inter dissecandum crebro fit) vna per medium dissecta est, & vtrinque vna ipsius pars conspicitur. Estque quam B insigniuimus.
E,F Principia sunt duarum coronalium arteriarum.
G Coronalis venæ & coronalis arteriæ hic appareret portio.
H Arteriæ venalis orificium.
I,K Duæ membranæ arterialis venæ orificio appositæ.
L Sinistra cordis auricula introrsum inuersa.
M Fibræ ab humiliori dictarum membranarum sede, ad sinistri cordis ventriculi latera pertinentes.
N Carnea cordis substantia dictas nuper fibras adaugens, amplectensque.
O Portio venæ arteriosæ.
P,Q Cordis substantiæ crassities, vbi sinistrum cordis efformat ventriculum indicatur.
R Cordis ventriculorum septum.
S,S Hic ad arterię magnæ radicem dura & veluti cartilaginosa cordis conspicitur substantia, quæ dissectionis professoribus ossis nomine habetur.

## *VNDECIMAE FIGVRAE, EIVSDEMque characterum index.*

VNDECIMA figura cor per transuersum dissectum ostendit, vt cordis substantiæ secundùm ipsius ventriculos crassities in cõspectũ veniret.

A Cauæ venæ pars.
B Dextra cordis auricula.
C Arteriæ magnæ caudex.
D Vena arterialis.
E Sinistra cordis auris, cui portio appendet venalis arteriæ. Atque hi characteres cordis basim insinuant.
F,F Cordis mucro.
G,G Dexter cordis ventriculus.
H,H Sinister cordis ventriculus.
I,I Septum cordis ventriculorum.

## *DVODECIMAE FIGVRAE, EIVSdemq; characterum index.*

DVODECIMA figura anterior pulmonis sedes, à qua cor præfectum est, delineatur. quę inferiori, terramque spectanti bubuli pedis sedi non admodum imagine absimilis visitur.

A,A Stomachi quo cibus in ventriculum fertur pars.
B Aspera arteria.
C Vena arterialis.
D Venalis arteria.
E,F,G H Quatuor pulmonis fibræ, seu lobi. Verùm G & H priuatim pulmonis sedem indicant, septi transuersi gibbo thoracis amplitudinem spectãti congruentem.
I Septum transuersum.

## *DECIMAETERTIAE FIGVRAE, eiusdemq; characterum index.*

DECIMA tertia figura pulmonis ex thorace euulsi posteriorem notat sedem.

A Asperæ arteriæ portio, posteriori ex sede hîc cõspicua.
B,C D, E, Quatuor pulmonis fibræ seu lobi, bubuli pedis superiorem regionem forma exprimentes.

HIC

# HIC DE CEREBRO ANIMALIS FACVLTATIS SEDI, ET SENSVVM ORGANIS agetur.

PRIVSQVAM ad characterum explicationem accedemus hic monendus mihi lector erit numerum ac ordinem capitalium figurarum eundem non esse, quin in prima pagina figurarum capitalium, primam ac secundam figuram statim sequuntur nona, decima, vndecima ac duodecima, omnes igitur figuras capitales quattuor paginis comprehendimus. Tertia ergo & quarta, expectandæ sunt in secunda pagina figurarum capitalium: quinta & sexta in tertia pagina figurarum capitalium: septima & octaua in quarta pagina figurarum capitalium inuestigandæ veniunt: Denique nona, decima, vndecima & duodecima, in prima figurarum capitalium pagina occurrunt: 13. & 14. in secunda figurarum capitalium pagina: 15,16,17,18,19,20, in tertia figurarum capitalium pagina reperiendæ sunt: 21,22,23,24, in quarta demũ pagina pinguntur. Ordo hic sculpendi & excudendi has figuras seruatus est, quod sculptori dum hæc cælaret cõcilium erat eas ita depingere vt quattuor hæ paginę figurarum capitalium inuicem sequentes simul paginę cum comprehensis figuris semper sub vno intuitu conspicerentur: in qua ratione compingendi has paginas & ordo & numerus satis commodus ac conspicuus est. Cęterùm dũ in volumine (quod hic fit) colligantur ordo videtur interturbatus. Animaduertẽs igitur quod superius admonuimus non est quod hic impingas.

## *PRIMAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE characterum index.*

PRIMA capitis figura humanum caput ita adaptatum exprimit, quẽadmodum id cerebro ostendo opportunè à collo & inferiori maxilla dissecantibus liberatur. Præterea tantam caluariæ partim orbiculatim serra abstulimus, quanta quoq; omniũ quæ in caluariæ continentur amplitudine vidẽdorum gratia, auferri solet. quanta verò illa sit, liquidò dijudicabis vigesimam secundam capitis figuram examinaueris, quæ hinc ablatam caluariæ partẽ interna superficie exprimit. Quemadmodum itaque præsens figura sectionis serie cæteras omnes inuicem ordine succedentes præcedit, ita quoq; eandem primam non inopportunè inscribimus, quæ durã cerebri cõmonstrat membranam adhuc illæsam, neq; aliqua ex parte pertũsam vulneratam ve. quamuis interim ipsius membranæ vincula diuulsimus, quę per capitis futuras ad membranam efformandam porriguntur ne quod caluariam succingit, περικράνιον nuncupabitur. atq; cum his fibris pariter vascula sunt effracta, quæ per caluariæ foraminula & futuras deducta, ipsi duræ mẽbranę, ac illi qua caluaria succĩgitur, cõmunes censentur. Cæterùm ex duobus qui figuram ambire conspiciuntur orbibus, humiliorẽ, cutis & mẽbranę ipsi subditæ constituunt, elatior aũt ipsa est caluaria. Vniuersum verò hoc orbe complexum, duram cerebri mẽbranam refert, omnibus characteribus in figura cõspicuis vniuersim semelq; indicatã at singuli characteres in hunc modũ priuatim habent.

A, A Dextrum duræ cerebri membranę latus, seu eius mẽbranæ pars dextrã cerebri regionem ambiẽs.

B, B Sinistrum duræ cerebri membranæ latus.

C, C, C Tertius duræ membranę sinus secundùm capitis longitudinem exporrectus, & hìc nulla ex parte adapertus, verùm elatiorẽ ipsius costam vti naturaliter se habet integram, & quartæ circuli partis modò extuberantem ostendens.

D, D D Duo inuicem appositi ductus, venarum modò in duram cerebri membranam secundùm ipsius vniuersum latus excurrentes.

E Ductus duræ cerebri membranæ, in quem sexta caluariam ingrediens vena exhauritur.

F, F F His characteribus venulę indicantur, à dura cerebri mẽbrana p caluariæ foraminula ad capitis cutẽ, membranasq; caluariã succingentes, transmissę, quarum frequentiores & crassiores iuxta F maximè latitantis sedẽ plerunq; obseruantur.

G, G G Portiunculę fibrarum à dura mẽbrana per coronalem futurã ad caluariam succingentis membranę constitutionem prosilientium. (offert.

H, H Portiunculę fibrarũ qbus sagittalis futura viam

I, I Hi quoq; characteres in vmbra occipitij regionis latitant, sedem notantes, à qua fibrę porriguntur per futuram Λ Græcorum similem, ad caluariæ inuolucri constitutionem deductæ.

K Vnum tuberculũ eorum quæ inęqualibus caluarię finibus plerunq; iuxta sagittalis futurę cũ coronali coitũ conspicuis, adnasci solẽt. Caput ex quo hãc primam depinximus figurã, tribus eius generis donabatur tuberibus, quorũ vnum K insigniuimus, & vtrinq; ad H vnum quoq; se offert.

L Cauitas frontis ossi iuxta superciliorem sedem propria, quę inter secandum subinde aperitur, si quando frontis os non procul à supercilijs serra diuiditur.

## *SECVNDAE CAPITALIVM FIGVrarum, eiusdemq; characterum index.*

Præsens figura sectionis serie primã subsequens, tertium durę membranæ sinum (quẽ prima figura Caliquot insignitum gerit) longa sectione secundùm capitis longitudinẽ ducta adapertũ cõmonstrat. Insuper ad huius tertij sinus latera, per capitis quoq; longitudinem duas deduxi sectiones vtrinq; nimirũ ad sinum singulas, q̃ durã mẽbranam duntaxat penetrarunt, & duræ mẽbranę latera ab ea membranæ separarunt parte, q̃ dextrã cerebri partem à sinistra dirimit, atq; in subsequenti figura tribus D insignietur. Præter tres iã cõmemoratas sectiones vtrinq; aliã quoq; molitus sum, quæ ab aure ad verticem pertingẽs solam quoq; durã diuisit membranam, vt illa post modum

# HIC DE CEREBRO ANIMALIS FACVLTATIS SEDI, ET SENSVVM ORGANIS agetur.

PRIVSQVAM ad characterum explicationem accedemus hic monendus mihi lector erit numerum ac ordinem capitalium figurarum eundem non esse, quin in prima pagina figurarum capitalium, primam ac secundam figuram statim sequuntur nona, decima, vndecima ac duodecima, omnes igitur figuras capitales quattuor paginis comprehendimus. Tertia ergo & quarta, expectandæ sunt in secunda pagina figurarum capitalium: quinta & sexta in tertia pagina figurarum capitalium: septima & octaua in quarta pagina figurarum capitalium inuestigandæ veniunt: Denique nona, decima, vndecima & duodecima, in prima figurarum capitalium pagina occurrunt: 13. & 14. in secunda figurarum capitalium pagina: 15,16,17,18,19,20, in tertia figurarum capitalium pagina reperiendæ sunt: 21,22,23,24, in quarta demũ pagina pinguntur. Ordo hic sculpendi & excudendi has figuras seruatus est, quod sculptori dum hæc cælaret cõcilium erat eas ita depingere vt quattuor hæ paginę figurarum capitalium inuicem sequentes simul paginę cum comprehensis figuris semper sub vno intuitu conspicerentur: in qua ratione compingendi has paginas & ordo & numerus satis commodus ac conspicuus est. Cęterùm dũ in volumine (quod hic fit) colligantur ordo videtur interturbatus. Animaduertẽs igitur quod superius admonuimus non est quod hic impingas.

## *PRIMAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE characterum index.*

PRIMA capitis figura humanum caput ita adaptatum exprimit, quẽadmodum id cerebro ostendo opportunè à collo & inferiori maxilla dissecantibus liberatur. Præterea tantam caluariæ partim orbiculatim serra abstulimus, quanta quoq; omniũ quæ in caluariæ continentur amplitudine vidẽdorum gratia, auferri solet. quanta verò illa sit, liquidò dijudicabis vigesimam secundam capitis figuram examinaueris, quæ hinc ablatam caluariæ partẽ interna superficie exprimit. Quemadmodum itaque præsens figura sectionis serie cæteras omnes inuicem ordine succedentes præcedit, ita quoq; eandem primam non inopportunè inscribimus, quæ durã cerebri cõmonstrat membranam adhuc illæsam, neq; aliqua ex parte pertũsam vulneratam ve. quamuis interim ipsius membranæ vincula diuulsimus, quę per capitis futuras ad membranam efformandam porriguntur ne quod caluariam succingit, περικράνιον nuncupabitur. atq; cum his fibris pariter vascula sunt effracta, quæ per caluariæ foraminula & futuras deducta, ipsi duræ mẽbranę, ac illi qua caluaria succĩgitur, cõmunes censentur. Cæterùm ex duobus qui figuram ambire conspiciuntur orbibus, humiliorẽ, cutis & mẽbranę ipsi subditæ constituunt, elatior aũt ipsa est caluaria. Vniuersum verò hoc orbe complexum, duram cerebri mẽbranam refert, omnibus characteribus in figura cõspicuis vniuersim semelq; indicatã at singuli characteres in hunc modũ priuatim habent.

A, A Dextrum duræ cerebri membranę latus, seu eius mẽbranæ pars dextrã cerebri regionem ambiẽs.

B, B Sinistrum duræ cerebri membranæ latus.

C, C, C Tertius duræ membranę sinus secundùm capitis longitudinem exporrectus, & hìc nulla ex parte adapertus, verùm elatiorẽ ipsius costam vti naturaliter se habet integram, & quartæ circuli partis modò extuberantem ostendens.

D, D D Duo inuicem appositi ductus, venarum modò in duram cerebri membranam secundùm ipsius vniuersum latus excurrentes.

E Ductus duræ cerebri membranæ, in quem sexta caluariam ingrediens vena exhauritur.

F, F F His characteribus venulę indicantur, à dura cerebri mẽbrana p caluariæ foraminula ad capitis cutẽ, membranasq; caluariã succingentes, transmissę, quarum frequentiores & crassiores iuxta F maximè latitantis sedẽ plerunq; obseruantur.

G, G G Portiunculę fibrarum à dura mẽbrana per coronalem futurã ad caluariam succingentis membranę constitutionem prosilientium. (offert.

H, H Portiunculę fibrarũ qbus sagittalis futura viam

I, I Hi quoq; characteres in vmbra occipitij regionis latitant, sedem notantes, à qua fibrę porriguntur per futuram Λ Græcorum similem, ad caluariæ inuolucri constitutionem deductæ.

K Vnum tuberculũ eorum quæ inęqualibus caluarię finibus plerunq; iuxta sagittalis futurę cũ coronali coitũ conspicuis, adnasci solẽt. Caput ex quo hãc primam depinximus figurã, tribus eius generis donabatur tuberibus, quorũ vnum K insigniuimus, & vtrinq; ad H vnum quoq; se offert.

L Cauitas frontis ossi iuxta superciliorem sedem propria, quę inter secandum subinde aperitur, si quando frontis os non procul à supercilijs serra diuiditur.

## *SECVNDAE CAPITALIVM FIGVrarum, eiusdemq; characterum index.*

Præsens figura sectionis serie primã subsequens, tertium durę membranæ sinum (quẽ prima figura Caliquot insignitum gerit) longa sectione secundùm capitis longitudinẽ ducta adapertũ cõmonstrat. Insuper ad huius tertij sinus latera, per capitis quoq; longitudinem duas deduxi sectiones vtrinq; nimirũ ad sinum singulas, q̃ durã mẽbranam duntaxat penetrarunt, & duræ mẽbranę latera ab ea membranæ separarunt parte, q̃ dextrã cerebri partem à sinistra dirimit, atq; in subsequenti figura tribus D insignietur. Præter tres iã cõmemoratas sectiones vtrinq; aliã quoq; molitus sum, quæ ab aure ad verticem pertingẽs solam quoq; durã diuisit membranam, vt illa post modum

modum aptè à tenui membrana cerebri posset deduci, deorsúmque (vt hic factum cernis) reflecti. Occurrit itaque hic tenuis cerebri membrana prorsus illæsa, cerebroque proximè obducta, & vasorum ipsius seriem in hactenus denudata regione, eleganter commonstrans.

A,A A Elatior sedes durę membranę, partis dextram & sinistram cerebri partes intercedentis. atque hæc sedes A & A notata, tertij duræ membranæ sinus costa est caluariam contingens & hîc per medium dissecta.

B,B Tertij duræ membranæ sinus cauitas hîc est in propatulo.

C,C Orificia, vasorumque initia ex tertio duræ membranę sinu in tenuem membranam pertinentia. atque hic vasorum orificia in conspicuo sunt, à læuo huius sinus latere in tenuis membranæ partem pertinentium, quæ sinistræ cerebri sedi obuoluitur. Orificia autem à dextro latere pronata hic non conspiciuntur, verùm initia occurrunt vasorum in tenuem membranam, qua dextræ cerebri sedi obuoluitur propagatorum, ac

D,D DD, & D insignitorum.

E,E &c. Tenuis membrana cerebrum inuestiens.

F,F F Ductus, vasa ve in tenui membrana secundum cerebri inuolutionum seriem excurrentia.

G,G G Propagines notantur à ductibus secundùm duræ membranæ latera excurrentibus, atque in prima figura aliquot D notatis, in tenuem membranam pertinentes.

H,H H Duræ membranæ portiones à tenui membrana diuulsæ, & deorsum reflexæ.

## *TERTIAE CAPITIS FIGVRAE eiusdemq; characterum index.*

IN præsenti figura à tota cerebri parte supra sectionem consistente, quam orbiculatim serra in caluaria molimur, vtranque cerebri membranam, tenuem nimirum & duram auulsimus, ac duræ membranæ portionem, dextram cerebri partem à sinistra dirimentem, atque in secunda figura adhuc in sua sede seruatam, ab osseo diuisimus septo, quo odoratus organorum sinus distinguuntur. atque hanc partem, vt ipsius effigies in conspectum veniret, super sinistram cerebri sedem explicatam reliquimus, dextra & sinistra cerebri partibus adeò ab inuicem manuum beneficio diremptis, vt calloſi corporis superior sedes eleganter se hic spectandam offerat.

A,A A Dextra cerebri pars.

B,B B Sinistra cerebri pars.

C,C & cęt. Hic passim cerebri conuolutiones, gyri & anfractus indicantur.

D,D D Duræ cerebri membranæ portio, dextram cerebri partem & sinistram intercedens, hîc ex sua sede super sinistram cerebri partem producta.

E,E E Quando primùm dextram cerebri partem à sinistra inter dissecandum diducere contendimus. tunc manus ope ea vasa effringuntur, quæ ex tertio duræ membranæ sinu in tenuem membranam vtrobique pertinent. ac proinde quum in huius figuræ administratione id quoque nobis faciendum fuerit, effracta eorum vasorum initia hîc oculis subijciuntur.

F Ductus venæ modò in humiliorem sedem duræ membranæ partis excurrens, quæ dextram cerebri partem à sinistra disterminat, atque hic ductus à quarto durę membranę sinus anteriori sede enascitur.

G,G G Ductus iam ante F insigniti propagines, in eandem durę membranę partem sursum aliquousque excurrentes.

H,H H Surculi ab humiliori angulo tertij duræ membranæ sinus propagati, in duræ membranæ partem, qua dextra cerebri pars à sinistra dirimitur.

I,I Principia sunt ductum, qui à quarto duræ membranæ sinu venarum prorsus modò in tenuem cerebri membranam secundum superiorem calloſi corporis regionem perferuntur, atque hic vnà cum tenui membrani auulsa sunt.

K Initium vasis à quarti sinus duræ membranę termino pronati, atq; sub eo cerebri corpore quod testudini seu cameræ instar arcus constructæ assimilamus, in tertium cerebri ventriculum, & de hinc ad plexus constitutionem excurrentis, quē secundis seu extimo fœtus inuolucro comparamus.

L,L Cerebri calosum corpus.

M,M Sinus vtrinque ad calosi corporis latera in cerebro conspicui, quos hic aliter quàm modò præstitimus, exprimere nequimus, quum anguſti sint, & anguſtiores rimas plurimum referant.

N Portio duræ membranæ partis, dextram cerebri sedem ac sinistram interuenientis, ac superius D aliquot insignitæ, quæ septo connascebatur, olfactus organorum sinus dirimenti, octaui capitis ossis processui.

O,O Tenuis membranæ portio à cerebro diuulsa.

P,P Duræ cerebri membranę portio.

## *QVARTAE FIGVRAE EIVSDEMQVE characterum index.*

IN quarta figura omnes duræ tenuesque membranarum partes resecuimus, quę in prioribus figuris occurrerunt, ac dein dextram sinistramque cerebri portionem sectionis serie ademimus, vt iam cerebri ventriculi in conspectum venire incipiant. Primum nanque secundum dextrum calloſi corporis latus, vbi sinus altero M in tertia figura notatus consistit, longam dūximus sectionem, quæ per dextrum cerebri ventriculum ducta, dextrę cerebri partis eam portionem abstulit, quę supra sectionem habebatur, qua orbiculatim caluariam serra diuisimus. Atque quum idem quoque in sinistro latere absoluimus, hic ad dextrum latus sinistram cerebri partem ita reposuimus, vt superiorem sinistri ventriculi sedem aliqua ex parte commonstraret, calloso interim corpore in capite adhuc seruato.

A,A A Cerebri adhuc in Caluaria relicti pars dextra.

B,B B Pars sinistra.

C,C C Portio cerebri sinistra, quę sectionis serie à reliquo cerebro ablata, hîc resupinata iacet.

D,D Lineæ partim cerebri anfractus, & partim variũ cerebri substantiæ colorem commonstrantes. quicquid enim extra lineas consistit, quasi luteũ, & subcinericium magis est. quicquid intra, ad amussim album visitur. quẽadmodum E & F in

E,F

G,H dextra & sinistra cerebri parte luteum est: G verò & H album prorsus, & interdum rubris punctis interstinctum.

I,I Callosum corpus vtrinque à cerebri substantia, cui alioqui continuatur, liberum.

K,K Callosi corporis portiuncula, adhuc sinistræ cerebri parti quæ adempta est, continua.

L,L Dexter cerebri ventriculus.

M,M Sinister cerebri ventriculus.

N,N Sinistri ventriculi superioris sedis portio.

O,O Plexus cerebri ab imagine quam cum extimo fœtus inuolucro similem exigit, χοροειδὴς nuncupatus.

P,P Aranearum modo graciles venæ dextri & sinistri ventriculi substantiæ hocin loco connatæ, acab illis diductæ vasis, quæ nuper commemoratum & secundis non absimilem plexum extruunt.

Q Venulæ à nuper quoque commemoratis vasis in tenuem cerebri membranam sub callosi corporis anteriori sede huc excurrentes, & incerta serie (quemadmodum & P notatæ) inter resecandum se offerentes.

## *QVINTAE FIGVRAE, EIVSDEMque characterum Index.*

PRAESENS figura quòd ad relictam in caluaria cerebri portionem attinet, nulla ex parte variat: atque id solum habet proprium, quod callosum corpus hîc anteriori sua sede à cerebro primùm liberauimus, ac dein eleuatum in posteriora reflexi mus, septum dextri ac sinistri ventriculorum diuellentes & corporis instar testudinis extructi superiorem superficiem ob oculos ponentes.

Ab A A, A, A itaque & B, B, B, ac dein D, D, D & E & F, ad Q & G & H eadem hîc indicant, quæ in quarta figura. Sic quoq; & L, L, & M, M, & O & P & Q eadẽ insinuant.

R,R R Notatur inferior callosi corporis superficies. est enim id à sua sede motum, atque in posteriora reflexum.

S,T V Superior corporis instar fornicis seu testudinis extructi superficies, & veluti ipsius triangularis circunscriptio, quam ab S ad T, & à T ad V, & ab V ad T metimur.

X,X Dextrum ventriculum & sinistrum intercedentis septi inferior pars, corpori testudinem referenti continua.

Y,Y Septi iam commemorati superior pars, callosocorpori continua. Hoc namque septum non secus atque modò disruptum est, depingui licuit. & alia quoque parata fuit figura, in qua duæ manus (vti inter secandum facere consueui) callosum corpus nondum in anteriori ipsius sede liberatum, modicè attollebant, quo speculum seu septum adhuc integrum oculis subijceretur. Verum quum non adeò concinnè in pictura atque in ipsa sectione successit, eam figuram ne frustra paginam obliteraret, reieci.

## *SEXAE FIGVRAE EIVSDEMQVE characterum index.*

HAEC figura quòd ad cerebri portionem in caluaria relictam spectat, etiam quartæ correspondet. atque à quinta in hoc differt, quod corpus testudinis modo fabricatum anteriori sua sede à cerebri substantia liberauerimus, id sursum in posteriora reflectentes, vt inferior ipsius superficies in cõspectum veniret, & vas illud etiam cerneretur, quod à quarto duræ mẽbranæ sinu pronatum, sub corpore testudinis modo extructo fertur, & plexum tandem non minimam partem constituit, quos secundarum imagini veteres assimilarunt. Huius autem figuræ characteres ita vt sequitur, se habent.

A,A A Corpus testudinis modo extructum hîc inferiori ipsius superficie, qua tertij ventriculi superiorem constituit sedem, conspicuum.

B,B Portio corporis instar testudinis efformati in dextro ventriculo, à cerebri substantia hîc principium ducens.

C Portio corporis testudinem forma & vsu referentis, quæ ex sinistro cerebri ventriculo pronascitur.

D,D Dexter cerebri ventriculus.

E,E, Cerebri sinister ventriculus.

F Arteria per inferiorem posterioremque dextri ventriculi sedem à dextræ soporalis arteriæ ramo duram cerebri membranam perforãte, huc in dextrum ventriculum conscendens.

G Arteria in sinistrum cerebri conscendens ventriculum.

H Vas à quarto duræ cerebri membranæ sinu principium ducens, ac sub corpore instar testudinis efformato, in communem dextri & sinistri ventriculorum cauitatem, seu tertium ventriculum properans.

I Vasis H insigniti in duas portiones diuisio.

K Vasis H insigniti diuisionis altera portio, dextrũ cerebri petens ventriculum.

L Portio nuper commemorati vasis, sinistrum accedens cerebri ventriculum.

M Plexus dextri ventriculi à secundinarum imagine comparatus, atque ab arteria F insignita, & vasis H indicati portione, quam K notauimus, constitutus.

N Plexus sinistrum cerebri ventriculum occupãs, ac ex vasis G & L insinuatis conflatus.

O,O Huiusmodi venulæ cerebri substãtiæ hîc obnascuntur, ab illis productæ vasis quæ K & L notauimus.

P A venis quæ cerebri substantiæ hic offeruntur, ramusculi extra ventriculorum amplitudinem hàcad tenuem cerebri membranam pertinent.

Q Meatus ex communi concauitati dextri ac sini-

 stri

ſtri ventriculorum ſeu à tertio cerebri ventriculo rectà decliuis pertinens verſus peluim, quæ cerebri pituitam excipiens, eam infundibili modo ad glandem defert, eius infundibili extremo ſubditam.

R,S Canales ſinusve leuiter in ventriculorum ſubſtantia exſculpti, & pituitam ad meatus nuper Q inſigniti orificium deducentes.

## *SEPTIMAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE characterum index.*

PRAESENS figura à tribus proximè præcedentibus plurimum variat. nam cerebri ſubſtantiæ in illis relictæ, ea pars in hac ablata cernitur, quę dextri ſiniſtriq́ue ventriculorum ſedem in illis figuris conſpicuam efformabat. dein tota ea quę cerebello adhuc innitebatur, hîc quoq; reſecta eſt, vt duræ membranæ conſpiceretur portio, cerebellum ac cerebrum intercedens. Inſuper duræ membranæ ſinus in illa conſiſtentes ductis cultelli anterioris mucrone ſectionibus, hîc etiam aperuimus, & vas à quarto ſinu duræ membranæ in cerebri ventriculos pertinens, hîc ex tertio cerebri ventriculo ſubleuatum, & à plexibus ſecundinæ ſimilibus auulſum, in poſteriora reflexim us, vt tertij cerebri ventriculi, ſeu communis dextri ſiniſtriq́ue ventriculorum concauitatis ſedes in conſpectum melius veniret, vnà cum eius cauitatis meatibus.

A,A Cerebri ſubſtantiæ adhuc in caluaria relíquę dextra pars.

B,B Cerebri ſubſtantiæ adhuc in caluariæ aſſeruatæ ſiniſtra pars.

C,C Lineæ hîc paſſim conſpicuæ illis correſpondẽt, quas tres modò præcedentes figuræ ſimiliter cõmonſtrarunt. Verum quia huiuſmodi lineæ ſubſtantiæve cerebri diuerſitas, inibi duntaxat conſiſtunt, vbi cerebrum tenui membranæ vicinius eſt, præcedentes figuræ eas ſolùm in lateribus oſtenderunt. hæc autem quum hîc tanta cerebri portio ablata ſit, vt iam apparens ſuperficies in baſi non procul à tenui membrana diſtet, etiam lineæ in baſi ſpectantur. Quod itaq; lineis hîc intercipitur, ſuluam ſeu ſub pallidam cerebri notat ſubſtantiam: quemadmodum ſedes D, D, D inſignitæ. Quod verò extra lineas conſiſtit, alba eſt prorſuſq́ue candicans cerebri ſubſtantia, hic

D, D

E, E, E E, E, & E inſignita.

F Portio eſt ſoporalis arteriæ ſecundum humiliorem anguſtioremq́ue dextri ventriculi ſedem ſurſum ad plexus ſecundas imitantis conſtitutionem prorepens. Cæterùm ſi perpenderis quánam ſede hic F reponatur, & quánam in ſexta figura, promptè expendes, quí dexter cerebri ventriculus, quemadmodum & ſiniſter, ex poſteriori ſua ſede inſtar cornu arctatus, deorſum in anteriora per cerebri ſubſtantiã ducatur. Hic nãq; vbi plus cerebri ſubſtantiæ quàm in ſexta figura abſtulimus, præſens arteriæ portio F notata antrorſum magis vergit, quàm F in ſexta eandem quoque notans arteriæ portionem, vbi iam poſteriorem ventriculi ſedem conſcendit. Atque id F & G octauæ figuræ magis liquidò oſtendunt, in qua huius ventriculi ductus nomine, adhuc plus cerebri ſubſtantiæ, quàm in hac quæ ordine ſeptima eſt, abſtuli.

G Arteriæ ſoporalis portio ſecundum humiliorẽ poſterioremq́; ſiniſtri ventriculi ſedem ſurſum, quemadmodum arteria F inſignita, prorepens.

H Humillima ſedes tertij ventriculi: quam vt aptius cerneretur, nonnihil diſtentam finximus.

I Meatus rectà decliuis ex tertio cerebri ventriculo pertinens, cerebriq́; pituitam ad peluim huic excipiendæ paratam deferens.

K Meatus ex tertio cerebri ventriculo inter cerebri teſtes nateſq́ue, in cauitatem cerebelli & dorſalis medullæ communem pertinens.

L Glandula nuci pineæ non abſimilis, & vaſorum ex quarto ſinu duræ membranæ cerebrum petentium fulcrum.

M,N Hanc cerebri partem teſtes & nates quoque cerebri appellauimus, hîc adhuc tenui membrana obtectas.

O,O &c. Duræ cerebri membranæ proceſſuum portiove, intercerebellum & cerebrum repoſita. Qui hanc accedunt inſtar venarum ductus, partim à primo ſecundoque duræ membranæ ſinibus, partim verò à quarto pronaſcuntur.

P,P Duræ cerebri membranæ dexter ſeu primus ſinus.

Q,Q Duræ cerebri membranæ ſiniſter ſeu ſecundus ſinus.

R Primi & ſecundi duræ membranæ ſinuum congreſſus quem Græcorum nonnulli ληνὸν, quod eſt torcular appellarunt.

S Principium tertij duræ membranæ ſinus.

T Quartus duræ membranæ ſinus, ſimiliter atque alij hic adapertus.

V Vas à quarto ſinu duræ membranę in cerebri vẽtriculos porrectum, hîc autem in poſteriora ex ſua ſede reflexum.

X,X Hac ſede cerebellum dura cerebri membrana non obtectum oſtenditur.

Y Ductus venarum modo à quarto duræ cerebri membranæ ſinu in tenuem membranam pertinentes, quà cerebellum ipſíque cerebri teſtes induuntur.

Z,Z Duræ membranæ ſedes, qua oſſi omnium totius corporis oſſium duriſſimo, & auditus organum intus continenti adnaſcitur. Hanc namque caluariæ regionem cerebro deteximus.

## *OCTAVAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE characterum index.*

PRAESENS figura à ſeptima in hoc variat, quòd hîc adhuc cerebri plus reſecuerimus, & teſtes longa ſectione in hoc diuiſerimus, vt meatus occurreret ex tertio ventriculo in quartum pertinens. Ad hæc, duræ membranæ portio cerebello obducta, hîc diſſecta, atque in poſteriora reflexa cernitur. Quum itaque præſens figura pleraq; cum ſeptima habeat communia, in hac

A vſq; ad H. idem AA, & BB, & CC, & DD, & EE, & F, & G, & H, quod

H,quod in ſeptima,indicabunt. Verùm arteriæ F & G inſignitæ, tanto magis hîc quàm in ſeptima antrorſum vergunt,quantò magis cerebrum verſus baſim in ſeptima quàm in ſexta ablatum eſt.

I Meatus in ſexta etiam figura I notatus,qui rectà decliuis fertur, atq; cerebri pituitam ad peluim defert.

K Meatus pituitæ deducendæ paratus, qui interdũ ab illo deducitur meatu qui ex tertio ventriculo inter teſtes in quartum ventriculum pertinet.

L Ne L in vmbra prorſus latitaret, aut ſi ſuo poneretur loco, & eius nomine quo in conſpectu eſſet,vmbra veniret exſculpenda, itaque delineatio hic omninò vitianda, L ad interiorem cerebelli partem repoſui, foramen meatumque notaturus,qui ex tertio ventriculo cerebri in quartum fertur.Quod foramen ſi L in illo locaretur, exprimi neutiquam potuiſſet.

M Glandulam hic adhuc reliquimus, quæ pineæ nucis formam oſtendens,vaſorum ex quarto duræ membranæ ſinu in cerebri ventriculos pertinentium fulcrum efficitur.

N,O P,Q Quatuor his characteribus corpus id indicatur,quod ante ſectionem vnicum eſt, atque in ſeptima figura M & N inſignitur. hîc verò ex ſectionis ſerie diuiſum occurrit.ac N & O eius corporis ſedes indicant, quibus teſtium nomen accommodatur. P verò & Q, illas quas nates ferè nuncupamus.

R,R Cerebellum tenui adhuc obductum membrana

S,S &c. Vaſa venarum modo tenuem cerebelli mẽbranam implicantia.

T,T Propagines vaſorum tenuem cerebelli membranam implicantium,ad eas producta arterias quæ ſecundùm dextri & ſiniſtri cerebri ventriculorum poſteriora ſurſum conſcendunt: plexus efformaturæ,quos extimo fœtus inuolucro diſſectionis proceres contulerunt.

V,V Duræ membranæ portio, quæ ſuperiorem cerebelli ſedem à cerebro dirimebat.

X,X Propagines notantur à vaſis,dictam nuper durę membranæ portionem implicantibus, in tenuẽ membranam qua cerebellum veſtitur excurrentes.

Z,Z Idem hîc Z & Z notant, atque in ſeptima figura, duram videlicet cerebri membranam oſſi adnatam,in quod auditus organum reponitur.

## *NONAE FIGVRAE EIVSDEMQVE characterum index.*

IN hac figura eadem cerebri portio quæ in octaua ſeruatur. verùm præſens figura in faciẽ prorſus repoſita,eam durę membranę partem abſciſſam habet, quæ cerebrum à cerebello dirimit. deinde cerebellum hic deorſum è ſua caluariæ ſede manibus protractum, ac deorſum modicè inuerſum propendet, vt ipſius regio caluariæ aliàs contigua,oculis ſubijceretur,& dorſalis medullæ cauitas videretur alteram partem quarti ventriculi conſtituens. Adhæc,præter venarum quarundam & neruorum progreſſus, etiam primus & ſecundus duræ membranæ ſinus hîc aperti ad amuſſim exprimuntur.

A, A Cerebri portio adhuc in caluariæ amplitudine reliqua,atque hîc in ſua ſede adhuc aſſeruata.

B,C,D Tribus his characteribus cerebellum deorſum ex ſua ſede reflexum indicatur,tenui membrana adhuc inuolutum,ac dorſali medullæ connatũ. Verùm B priuatim cerebelli dextram indicat ſedem,caluariæ ſinui P notando correſpondentẽ. D verò ſiniſtram, quæ illi caluariæ ſedi inſider, cui R inſcribam. Cautem cerebelli media pars inſignitur, vermi non abſimilis, & ſuis finibus eos conſtituens proceſſus,quos vermium imagini veteres compararunt.

E Poſterior terminus mediæ partis cerebelli, qui vermiformium proceſſuum poſterior mihi recenſebitur.

F,G,H Dorſalis medullę pars adhuc in caluaria conſiſtens,ac F & G huius partis ſeu dorſalis medullę ſedes indicant, quibus cerebellum connaſcitur.

I H verò ſedem dorſalis medullę ſignificat, è caluarię amplitudine procidentem.

Sinus dorſalis medullæ calami quo ſcribimus mucroni non abſimilis, ac mediam cauitatem conſtituens communis ventriculi dorſalis medullæ & cerebelli: quam quartum cerebri ventriculum diſſectionis periti vocarunt.

K Vaſa ductusve venis quam ſimillimi, hàc in cerebellum ab illis vaſis pertinentes,quę in primum & ſecundum durę membranę ſinus exhauriuntur.atque vt hi ductus frequentes admodũ ſunt, ita etiam non ſemper pari propagantur ſerie.

L Et hàc quoque ductus venę ſimilis in tenuem cerebelli membranam pertinet, ab illis vaſis quę hac in parte duram cerebri membranam intertexunt.

M Quintum cerebri neruorum par.

N Sextum cerebri neruorum par.

O Septimum par neruorum cerebri. atque hic videre eſt quot ſurculis duo poſtrema cerebri neruorum paria principium à dorſali medulla, nequaquam verò à cerebello, ducant.

P,Q,R Sinus occipitis oſſis, quibus correſpondet cerebelli figura. nam P cerebello inſcriptum, B congruit. Q autem, C. R verò, D.

S,S,S Dexter ſeu primus durę membranę ſinus, hic cultelli mucrone adapertus.

T,T,T Siniſter ſeu ſecundus durę membranę ſinus. atq; in nulla cerebri delineationum, horum ſinum ductus ita conſpicuę ac in preſenti oculis ſubijcitur.

## *DECIMAE FIGVRAE, EIVSDEMque characterum Index.*

H A C figura eam cerebri portionẽ expreſſimus quę dorſalis medullę educit initium: dein cerebellum à dorſalis medullę hic conſpicua parte ademptum eſt,& cerebri teſtes, & nates, & glans pineę nucis imaginem referens,ac poſtremò cauitas ea dorſalis medullę quę cum cerebelli cauitate quartum cerebri efformat ventriculum, hic pariter exprimuntur.

A, A Cerebri pars dorsalem producens medullam.
B Meatus ex tertio cerebri ventriculo in quartum sub cerebri natibus tendens, cuius terminum in
C quartum pertinentem ventriculum C insigniui.
D Glans cerebri, nucis pineæ imagini à dissectionis professoribus assimilata.
E, F G, H His characteribus cerebri testes ac nates indicantur. videntur namque dissectionis procerestes gratia lineæ inter E ac F, & inter G & H conspicuæ, superiora tubera E & G insignita ab inferioribus F & G notatis distinxisse, ac superiora testes vocauisse, quòd illis glans penis quasi modo incumbit. Inferiora autem nates vocarunt, quòd meatus ex tertio ventriculo in quartũ pertinentis terminus C hic insignitus, podici conferri possit.
I, K Sedes duæ, quibus dorsalis medullæ initium cerebello adnascitur.
L, M N, O Cauitas dorsalis medullæ initij, alterã partem quarti ventriculi constituens, atque ab Herophilo calami cauitati assimilata, quam attramento scribentes intingimus. Sedes enim L insignita eius calami cauitatis parti respõdet, quæ indici scribentis proxima est, M autem & N angulis illis assimilari possunt, quæ in cauitatis calami lateribus consistunt. O verò mucronem exprimit, quo characteres formamus.
P Dorsalis medulla hîc præsecta est, quà in vertebras procidens caluariam egreditur.

## *VNDECIMAE FIGVRAE, EIVSDEMque characterum index.*

HAC figura cerebellum à caluaria, ipsaque adeò dorsali medulla auulsum & supinum iacet, humiliorem ipsius sedem qua dorsalem spectat medullam commõstrans. Ac proinde regiones ipsius quibus dorsali medullæ continuatur, ac sinum insuper ostendit, qui alteram portionem efformat quarti ventriculi seu sinus, cerebello & dorsali medullæ communis. Porrò ad humiliorem præsentis figuræ sedem fines pinximus mediæ partis cerebelli, vt processuum vermis imaginem referentium natura conspiceretur.
A Dextra cerebelli pars tenui membrana cerebellum inuestienti liberum, vti etiam totum cerebellum hîc ea membrana denudatum commõstratur.
B Sinistra cerebelli pars.
C, c Media cerebelli pars. ac C notat huius partis anteriorem regionem, c verò posteriorem.
D, d Fines terminique mediæ partis cerebelli: quorum anteriorem D indicat, posteriorem verò d.
E Cerebelli sinus, qui cum dorsalis medullæ sinu quartum nobis appellatum cerebri ventriculũ constituit.
G, G His sedibus cerebellum dorsali medullæ adnascitur.
H Anterior finis mediæ partis cerebelli hîc, ac si alio cerebello is resectus esset, expressus.
I Posterior finis mediæ partis cerebelli, à cerebello quoque exectus.

## *DVODECIMAE FIGVRAE, EIVSDEMque characterum index.*

HAC figura caput à sinistro latere exprimitur, dextro nonnihil subleuato. Ex caluariæ autem amplitudine cerebellum hîc euulsimus, ea tantùm cerebri relicta portione, quæ in octaua & nona figuris adhuc seruabatur. Verùm illa cerebri portio hîc in sua non consistit sede, sed eleuata est, & in posteriora ab ipsa caluariæ basi aliquousque reflexa, vt tandem in conspectum venirent cerebri processus forma neruis non absimiles, & olfactus organo subministrantes: quorum sinister è sua sede cum ipso cerebro eleuatus est, dextro adhuc duræ cerebri membranæ qua octauo capitis ossi obducitur, connexo.
A, A Cerebri pars dextra.
B, B Sinistra cerebri pars, tenui mẽbrana adhuc quẽadmodum & dextra pars obuoluta.
C Dextrum olfactus organum, in sua sede adhuc seruatum.
D Sinistrum olfactus organum, vnà cum cerebro in posteriora reflexum.
E Sinus, cui sinistrum olfactus incumbit organum eaque regio duræ membranæ hîc indicatur, quæ odoratus nomine hac in sede multis, sed exiguis foraminibus peruia cernitur.
F Vena caluariam petentium sexta, hîc in duram cerebri membranam aliquot surculis excurrens.
G Septum sinus olfactus organis incisos interdiuidens.
H Duræ cerebri membranæ partis portio, quæ dextram cerebri partem à sinistra dirimit.
I, I Cerebrum passim excauatæ sibi in caluaria amplitudini respondens, hîc quoque ad frontis ossis regionem sibi insculptis cauernis congruit, & leuibus tuberibus prominet, quæ alij mamillares cerebri vocarunt processus.
K Vena caluariam petentium quinta, cui iter præbet foramen secundo neruorum pari exsculptũ.
L L, vt & subsequentes characteres, in vmbra occipitij cauitatis latitat, & parui etiam est momenti. quando quidem L caluariæ sinum indicat, cui
M dextra cerebelli pars congruit. M sedẽ, quæ me-
N diam cerebelli partem respicit. N sinum, in quẽ
O sinistra cerebelli pars reponitur. O verò dextrũ
P seu primum sinum indicat duræ membranæ. P
Q autem tertium. Q secundum seu sinistrum.

## *DECIMAETERTIAE FIGVRAE, EIVSdemq; figuræ index.*

HAEC figura occipitio prorsus innititur, & vniuersa cerebri substantia quæ adhuc reliqua erat, in posteriora deorsum deflexa pendet, vt olfactui organa, & visoriorum neruorum coitu, & maximi soporalis arteriæ rami in conspectũ venirent.
A, A Dextra cerebri pars, adhuc tenui membrana cerebri obducta.
B, B Sinistra cerebri pars.

Cere-

C,C Cerebri tubera, quæ à ſimilitudine quam cum papillis habent, mamillares cerebri proceſſus pleriſque nuncupantur.
D,D Sinus olfactus organis parati.
E Septum olfactus organis paratos ſinus interdiui dens.
F,F Sinus caluariæ, quibus mamillares cerebri proceſſus C & C inſigniti congruunt.
G,G Vtrinque notatur vena caluariam ingredientiũ ſexta.
H Vena caluariam ingredientium quinta.
I Vas notatur venæ correſpondens, in tenuem cerebri membranam ab illis vaſis excurrens, quæ in dura conſiſtunt membrana.
K Principium eorum ductuum qui per duræ membranæ latus excurrunt. perinde ac ſi vena eſſet arteriæ commiſſa. Atque hi ductus in prima figura multis D inſigniuntur.
L,L Olfactus organa hîc vna cum cerebro à dura membrana deorſum diuulſa.
M Neruorum viſoriorum coitus.
N Viſorius neruus dextrum oculum petens.
O Viſorius neruus ſiniſtrum petens oculum. & perinde ac dexter venula concomitatus, ab illis propagata vaſis, quæ tenuem cerebri membranam inibi contexunt.
P Soporalis arteriæ ramus duram cerebri membranam perforans, ad latus glandis cerebri pituitam excipientis.
Q Arteriæ P notatæ propago, dextrum accedens cerebri ventriculum.
R Arteriæ P notatæ propago hîc in tenuẽ cerebri membranam ſurculos diffundens.
S Hîc portio conſpicitur peluis cerebri pituitam excipientis.

## *DECIMAE QVARTAE FIGVRAE, EIVSdemq́ characterum index,*

CAPVT hic in ſiniſtram aurem reclinatum iacet, internæ caluariæ amplitudinis baſim exprimens, dura cerebri dorſaliſque medullæ adhuc aſſeruatur portio, quanta cerebri neruorum paribus videndis ſufficit. Viſoriorum porrò neruorum exortum coitumque reſecui, ne peluis latêret cerebri pituitam excipiens.

A,A Modica cerebri portio vnà cum dorſalis medullæ initio.
B,B Nerui viſorij ea patre hîc tãtum conſpicui, qua caluariæ amplitudinem egrediuntur.
C,C Peluis cerebri pituitam excipiens.
D Hic in peluim pertinet meatus cerebri pituitam ex tertio ventriculo deducens, ac I in ſeptima figura & octaua notatus.
E Dextræ ſoporalis arteriæ ramus, duram membranam ad latus dextrum glandis perforans, qua cerebri pituita excipitur.
F Siniſtræ ſoporalis arteriæ ramus iuxta ſiniſtrum latus dictæ nuper glandis duram cerebri membranam perforans.
C Secundum cerebri neruorum par.
H Tertij paris neruorum cerebri gracilior radix.
I Tertij paris neruorum cerebri craſſior radix.
K Quartum neruorum cerebri par, tertij paris craſſiori radici conterminum.
L Minor radix quinti paris neruorum cerebri, omnibus ignorata Anatomes profeſſoribus. Quintum neruorũ cerebri par, ſeu maior quinti paris radix.
M Sexti paris neruorum cerebri principia ac ſurculi.
N Septimi paris neruorum cerebri principia ac ſurculi. Si quid in hac figura ſpectandum ſit reliquum, id abſque characterum opera promptè, vel ex proximè præcedentibus percipitur.

## *DECIMAE QVINTAE FIGVRAE, eiuſdemq́ characterum index.*

PRAESENTI figura portionem eam amplitudinis caluariæ dura cerebri membrana ſuccincta depinximus, quę ſupra oſſis cuneum imitatis medium habetur, vnà cum modò indicandis organis. Abs re nanque fuiſſet, integrum caput harum particularum gratia delineaſſe.
Neruorum viſoriorum portiones.

A,B Siniſtri lateris arteria, quæ duram membranam
C hic perforans, partim in tenuem cerebri membranam, partim verò in dextrum cerebri ventriculum digeritur.

Dextri lateris arteria.

D Hîc peluis collecta propendet, cerebri pituitam
E ex tertio defluentem ventriculo excipiens.
Foramen, quo peluis huius infundibili modò ex
F tructæ finis glandem petit, cerebri pituitam excipiens.
Secundi paris neruorum cerebri portiones.

G,G

## *DECIMAE SEXTAE FIGVRAE, EIVSdemq́ characterum index.*

HAC figura nudam depinximus glandem, qua cerebri pituita excipitur, vnà cum pelui ſeu infundibulo pituitam huc deferente, & hîc flaccido propendente. A lateribus verò arteriarum ſoporalium portiones, quæ reticularem plexum efformare dicuntur, ita hic expreſſimus, vti nobis inter ſecandum occurrere. Atque vtræ arteriarum portiones variè ſe ſecantibus offerunt, ita quoque variè eas delineauimus.

A Glans cerebri pituitam excipiens.
B Peluis, ſeu infundibulum cerebri pituitam ſuper modò dictam glandem deferens.
C,C Arteriarum portio, quæ ſecundum ſuorum in oſſe caluariæ foraminum ductum obliquè ferun tur.
D Siniſtræ arterię ramus in duę membranę ſiniſtrũ latus excurrens.
E Arteriæ ſiniſtræ portio per proprium foramen ad varium vſque amplitudinem pertingens.
F,F Hac ſede diuerſam arteriæ ſeriẽ delineauimus. ac dextrum quidem F arteriam notat ea ſerie ductam vt hîc non dirimatur: quemadmodum

siniſtrum F arteriã hanc in duos ramos, qui mox in vnum rurſus coëunt, inſinuat.

G Arteriarum portiones duram cerebri membranam perreptantes, ac partim in cerebri ventriculos, partim in tenuem membranam cerebri baſi obductam digeſti.

H Propago arteriæ per foramen ſecundi paris neruorum cerebri caluariam excidens, ac neruum viſorium ac dein oculum petens.

### *DECIMAESEPTIMAE FIGVRAE, eiuſdemq; characterum index.*

HAC figura plexum finximus, cuiuſmodi is eſſe deberet, qui Galeni in libris de Vſu partium deſcriptionibus conueniret. Significet itaque hic

A, B A & B arterias caluariam ſubeuntes, moxque in

C, D mirabilem illum plexum diffuſas. C verò & D ramos in quos plexus illius propagines colliguntur, quique illis prorſus arteriarum magnitudine reſpondent, quas A & B indicauimus. Cęterùm E glandem notat, pituitam cerebri excipiẽtem.

### *DECIMAEOCTAVAE FIGVRAE, EIVSdemq; characterum index.*

PRAESENTI figura arteriarum ſub dura cerebri membrana conſiſtentium, ac ad glandis cerebri pituitam admittentis latus reptantium ſeriem depinximus, quam in ouium ac boum capitibus obſeruamus. Atque hanc proponere libuit, ne quis nos latere arbitraretur, quæ illorum animalium hîc cum hominum ſit differentia. Significat autem in hac figura A dictam iam ſæpius glandem, B & C arteriarum ſedem, qua primum in caluariam ingrediuntur.

### *DECIMAENONAE FIGVRAE, EIVSdemq; characterum index.*

PARVA hac figura erectam finximus pelùim, ſeu cyathum, quo cerebri pituita in glandem ipſi ſubditum diſtillat. ac dein hîc finximus quatuor ductus à glande pituitam per proxima glandi foramina deferentes. Indicet igitur A glandẽ, cui pituita inſtillatur. B peluim, qua hęc ducitur. C, D, E, F verò, meatus ad faciliorem pituitę huc decumbẽtis egreſſum paratos. Porrò præter has figuras, ad eorum potiſſimùm cognitionem ſpectantes quæ in caluariæ habentur amplitudine, etiam huc faciunt prima & ſecunda neruorum figurę quarum primam hic etiam delineauimus quæ numero vigeſima eſt: cuius indicem quod in tractatu de neruis ſatis prolixè indicauimus, abs re eſſet hîc denuò repetere: illinc igitur petas quod ad præſens negotium facere poſſit.

Quanquam 21, 22, 23, & 24 figuræ non admodũ faciant ad præſens negotiũ, ſcias tamen hoc concilio additas, vigeſimam primam præcipuè & vigeſimam ſecundam, vt monſtrarent ſedem, locũ ac teſtudinem cerebri corpus vndiq; amplectentem: Itaque vigeſima prima figura internam caluariam baſis ſedem oſtendit: hic namque Caluariam delineauimus, in qua ſuperior ipſius pars vigeſima ſecunda figura exprimenda, ad eũ modum ablata eſt, quo cerebri fabricam oſtenſuri caput ſerra diuidere conſueuimus. Vigeſima ſecunda figura reliquam internam ſedis caluariæ partem commonſtrat, figura vigeſima prima nõ expreſſam: Curioſam ſingulorum Characterum indicem non eſt quod hic expectes: id enim alterius loci eſt.

## FIGVRAE OCVLI VISVS INſtrumenti.

### *EXPLICATIO CHARACTERVM IN figuris oculi repertorum.*

PRIMA figura alteram oculi partem exprimit, vna ſectione ab anteriori ſede per poſteriorem, atq; ita per neruum viſorium diuiſi, perinde ſcilicet, ac ſi quis diuiſæ ſecundùm longitudinem cepæ alteram partem ea ſuperficie delinearet, qua alteri parti connata continuaque fuerat. Atque hoc quoque modo cœlos, & quatuor elementa in plano depingere ſolemus.

A Humor cryſtallinus.

B Tunica anteriori humoris cryſtallini ſedi obducta, & tenuiſſimæ ceparum pelliculæ inſtar pellucida.

C Humor vitreus.

D Nerui viſorij ſubſtantia.

E Tunica quam reti aſſimilamus, quamque reſoluta viſorij nerui efficit ſubſtantia.

F Tenuis cerebri membranæ portio, neruo viſorio obducta.

G Vuea tunica, in quam tenuis viſorium neruum induens membrana degenerat.

H Hac ſede vuea tunica in poſteriora comprimitur, neque corneam exteriùs illi obductam contingit tunicam.

I Foramen, quo vuea foratur, ipſa ve, pupilla.

K Tunica ab vuea initium ducens, & cilijs ſeu palpebrarum pilis imagine correſpondens, ac interſtitium pariter vitrei humoris ab aqueo.

L Duræ cerebri membranæ portio neruum viſorium obuoluens.

M Dura oculi tunica, quam dura cerebri membrana conſtituit.

N Duræ oculi tunicæ pars, quæ cornu inſtar pellucida viſitur.

O, O Humor aqueus, atque inferius O ſedem indicat, in qua ſuffuſiones plerunque proueniunt.

P, P Muſculi oculum mouentes.

Q Adhærens, albáue oculi tunica. Cæterùm ſubſequentes figuræ ſeriatim oculi partes exprimunt, primum quidem humores, ac dein tunicas. Atque has figuras omnes ſemper ad primam non ineptè conferes: quandoquidem illæ compoſitionis ordine inuicem ſubſequuntur, ac ad primæ huius figuræ proportionem ſunt expreſſæ.

DECEM

siniſtrum F arteriã hanc in duos ramos, qui mox in vnum rurſus coëunt, inſinuat.

G Arteriarum portiones duram cerebri membranam perreptantes, ac partim in cerebri ventriculos, partim in tenuem membranam cerebri baſi obductam digeſti.

H Propago arteriæ per foramen ſecundi paris neruorum cerebri caluariam excidens, ac neruum viſorium ac dein oculum petens.

### *DECIMAESEPTIMAE FIGVRAE, eiuſdemq; characterum index.*

HAC figura plexum finximus, cuiuſmodi is eſſe deberet, qui Galeni in libris de Vſu partium deſcriptionibus conueniret. Significet itaque hic

A, B A & B arterias caluariam ſubeuntes, moxque in

C, D mirabilem illum plexum diffuſas. C verò & D ramos in quos plexus illius propagines colliguntur, quique illis prorſus arteriarum magnitudine reſpondent, quas A & B indicauimus. Cęterùm E glandem notat, pituitam cerebri excipiẽtem.

### *DECIMAEOCTAVAE FIGVRAE, EIVSdemq; characterum index.*

PRAESENTI figura arteriarum ſub dura cerebri membrana conſiſtentium, ac ad glandis cerebri pituitam admittentis latus reptantium ſeriem depinximus, quam in ouium ac boum capitibus obſeruamus. Atque hanc proponere libuit, ne quis nos latere arbitraretur, quæ illorum animalium hîc cum hominum ſit differentia. Significat autem in hac figura A dictam iam ſæpius glandem, B & C arteriarum ſedem, qua primum in caluariam ingrediuntur.

### *DECIMAENONAE FIGVRAE, EIVSdemq; characterum index.*

PARVA hac figura erectam finximus pelùim, ſeu cyathum, quo cerebri pituita in glandem ipſi ſubditum diſtillat. ac dein hîc finximus quatuor ductus à glande pituitam per proxima glandi foramina deferentes. Indicet igitur A glandẽ, cui pituita inſtillatur. B peluim, qua hęc ducitur. C, D, E, F verò, meatus ad faciliorem pituitę huc decumbẽtis egreſſum paratos. Porrò præter has figuras, ad eorum potiſſimùm cognitionem ſpectantes quæ in caluariæ habentur amplitudine, etiam huc faciunt prima & ſecunda neruorum figurę quarum primam hic etiam delineauimus quæ numero vigeſima eſt: cuius indicem quod in tractatu de neruis ſatis prolixè indicauimus, abs re eſſet hîc denuò repetere: illinc igitur petas quod ad præſens negotium facere poſſit.

Quanquam 21, 22, 23, & 24 figuræ non admodũ faciant ad præſens negotiũ, ſcias tamen hoc concilio additas, vigeſimam primam præcipuè & vigeſimam ſecundam, vt monſtrarent ſedem, locũ ac teſtudinem cerebri corpus vndiq; amplectentem: Itaque vigeſima prima figura internam caluariam baſis ſedem oſtendit: hic namque Caluariam delineauimus, in qua ſuperior ipſius pars vigeſima ſecunda figura exprimenda, ad eũ modum ablata eſt, quo cerebri fabricam oſtenſuri caput ſerra diuidere conſueuimus. Vigeſima ſecunda figura reliquam internam ſedis caluariæ partem commonſtrat, figura vigeſima prima nõ expreſſam: Curioſam ſingulorum Characterum indicem non eſt quod hic expectes: id enim alterius loci eſt.

## FIGVRAE OCVLI VISVS INſtrumenti.

### *EXPLICATIO CHARACTERVM IN figuris oculi repertorum.*

PRIMA figura alteram oculi partem exprimit, vna ſectione ab anteriori ſede per poſteriorem, atq; ita per neruum viſorium diuiſi, perinde ſcilicet, ac ſi quis diuiſæ ſecundùm longitudinem cepæ alteram partem ea ſuperficie delinearet, qua alteri parti connata continuaque fuerat. Atque hoc quoque modo cœlos, & quatuor elementa in plano depingere ſolemus.

A Humor cryſtallinus.

B Tunica anteriori humoris cryſtallini ſedi obducta, & tenuiſſimæ ceparum pelliculæ inſtar pellucida.

C Humor vitreus.

D Nerui viſorij ſubſtantia.

E Tunica quam reti aſſimilamus, quamque reſoluta viſorij nerui efficit ſubſtantia.

F Tenuis cerebri membranæ portio, neruo viſorio obducta.

G Vuea tunica, in quam tenuis viſorium neruum induens membrana degenerat.

H Hac ſede vuea tunica in poſteriora comprimitur, neque corneam exteriùs illi obductam contingit tunicam.

I Foramen, quo vuea foratur, ipſa ve, pupilla.

K Tunica ab vuea initium ducens, & cilijs ſeu palpebrarum pilis imagine correſpondens, ac interſtitium pariter vitrei humoris ab aqueo.

L Duræ cerebri membranæ portio neruum viſorium obuoluens.

M Dura oculi tunica, quam dura cerebri membrana conſtituit.

N Duræ oculi tunicæ pars, quæ cornu inſtar pellucida viſitur.

O, O Humor aqueus, atque inferius O ſedem indicat, in qua ſuffuſiones plerunque proueniunt.

P, P Muſculi oculum mouentes.

Q Adhærens, albáue oculi tunica. Cæterùm ſubſequentes figuræ ſeriatim oculi partes exprimunt, primum quidem humores, ac dein tunicas. Atque has figuras omnes ſemper ad primam non ineptè conferes: quandoquidem illæ compoſitionis ordine inuicem ſubſequuntur, ac ad primæ huius figuræ proportionem ſunt expreſſæ.

DECEM

# FIGVRAE OCVLI VISVS INSTRVMENTI.

## *DECEM ET OCTO FIGVRARVM SERIATIM primam ſubſequentium, & earundem characterum Index.*

SECVNDA figura ſolùm cryſtallinum humorem anteriori ſede exprimit, quemadmodũ
' is omnibus illum ambientibus partibus liberatus, è directo intuenti occurreret.

Tertia figura nudum prorſus cryſtallinum humorem commonſtrat, ea ſede ſe oſtendentem, qua ex latere, vt ita dicam, ab aliquo ſpectare-
R tur. Verùm R aſperitatem, ſedemque notat, cui oculi tunica palpebrarum pilos referens, ac vndecima & duodecima figuris exprimenda, humori cryſtallino connaſcitur.

Quarta figura humorem vitreum ita effictum commonſtrat, quemadmodum is ſi ſuam formam, quam in oculo obtinet reſeruaret, in anteriori ipſius ſede conſpicuus eſſet, quum cryſtal-
S linus humor ex illo euulſus eſſet. S enim cauitatem ipſius indicat, in quam media cryſtallini humoris pars reponebatur.

Quinta figura vitreum humorem eadem facie qua quarta exprimit, verùm adhuc ipſi cryſtalli-
T nus humor T notatus innatat.

Sexta vitreum humorem ex latere exprimit, v-
V na cum cryſtallino qui ipſi adhuc innatans V notatur.

Septima figura aqueum humorem ex latere ita exprimit, quemadmodum in oculo conſiſtit, & adhuc anteriorem cryſtallini humoris ſedem
X integit. X nanque cryſtallinum humorem in
Y præſenti figura notat, ac Y eam humoris aquei ſedem indicat, qua vueæ tunicæ pars in ipſo (dũ integer eſt oculus) continetur, quæ à cornea abſcedit, diſtatque.

a Octaua figura vitreum humorem a notatum, &
b aqueum b inſignitum ſimul commonſtrat, ita inuicem diſſitos, quemadmodum ea dirimuntur tunica, quam palpebrarum pilis non perperam in effigie aſſimilamus. Atque huius tunicu-
c læ ſedes inter hos humores conſiſtens c indicatur.

Nona figura tunicam anteriori cryſtallini humoris ſedi obnatam, & inſigniter pellucidam, atque hic ab ipſo humore liberatam, à latere exprimit.

Decima figura cryſtallinum humorem à latere oſtendit, adhuc ea tunicula intectum, quem no-
d, e na figura expreſſit. atque hic d tunicam, e verò cryſtallini humoris partem indicãt poſteriorẽ, & illa tunicula non obductam, ſed in vitreo humore, quum integer eſt oculus, natitantem.

Vndecima figura anteriorem ſeu poſteriorem partem indicat tunicæ quam vuea producit, quę
que palpebrarum pilis aſſimilatur. Cęterùm hęc
g, g circulo g & g notato ab vuea pronaſcitur, circu-
f, f lo autem f & f inſignito cryſtallino humori inſeritur, adnaſciturve.

Duodecima figura tunicam, quam vndecima oſtendit adhuc vitreo humori obductam, & cry-
h, h ſtallino adnatam continet. h enim & h tunicam
i notant. i verò humorem cryſtallinum.

Decimatertia figura, tunicam oſtendit, quam reti diſſectionis periti comparant, atq; hæc à latere exprimitur vnà cum nerui viſorij ſubſtantia
k k inſignita, & dura tenuique cerebri membranis libera.

Decimaquarta figura vueæ tunicę internã oſtendit ſuperficiem. hic enim ipſam euerſam, vti in-
l ter ſecandum fit, delineauimus. l itaq; portiuncu lam notat tunicæ, in quam viſorij nerui ſubſtan-
m tia diſſoluitur. m ſedem, in qua anterior vueæ regio introrſum ſeu in poſteriora comprimitur.

Decimaquinta figura externam vueæ tunicæ ſuperficiem ex latere delineatam continet, vnà cũ nerui viſorij ſubſtantia, tenui membrana cere-
n bri obducta. n enim nerui viſorij ſubſtãtiam notat, hîc à tenui qua inuoluitur membrana liberã
o o tenuis notatur membrana, nerui viſorij ſubſtãtiam integens, & hîc à dura membrana, quæ ipsã
p, p quoque ante ſectionem obuoluit, denudata. p, p venarum arteriarumq; à dura oculi tunica in vueam pertinentium ſunt portiunculæ, iam ex ſe-
q, q rie ſectionis effractæ. q, q ſedes, qua vuea tunica anteriori in parte comprimitur, & à cornea ab-
r ſcedit, r foramen, vueæ pupillam conſtituens.

Decimaſexta figura duram oculi tunicam ex latere commonſtrat, tranſuerſa ſectione in hoc diuiſam, vt ſeries in conſpectum veniret, vaſorum ab ipſa in vucam pertinentium. Significer igitur
ſ ſ neruum viſoriũ, vnà cum duabus illum inuoluentibus membranis abtruncatum, & venis arte
t, t rijsq; concomitatum. t verò & t venas, arteriasq;
u, u per duram oculi tunicam excurrẽtes. u autem & u vueam tunicam hîc propter duræ ſciſſionem, conſpicuam, & ramulos duræ tunicæ vaſorũ ex-
x cipientem. Cæterùm x ſedem indicat, vbi dura oculi tunica inſtar cornu læuigatur, pellucidaq;
y cernitur. ſedi autem y notatæ pupillæ reſpondet foramen.

Decimaſeptima figura integram nudamq; duræ oculi tunicæ externam ſuperficiem ex latere ſpectandam exhibet, vnà cum magna viſorij nerui
α, β portione, in qua α notat ipſius ſubſtantiam, β verò tenuem qua obducitur membranã, γ autẽ du-
γ ram cerebri membranam, δ venas arteriaſq; ner-
δ uum viſorium concomitantes. Porrò x, & dein
x y, idem hic atq; in decimaſexta indicant.
y

Decimaoctaua figura oculum à palpebris liberatum, atque ex ſua in caluaria ſede erutum, vnà cum ipſius muſculis nondum diſiunctis à latere
ζ, ζ, ζ exprimit. atque ζ neruum indicat viſorium, ζ & ζ
η, η muſculos oculum mouentes, η & η adhærentem
θ oculi tunicam, θ maiorem oculi circulum ſeu iridem, vbi adhærens membrana deſinit, corneęq;
κ tunicæ pertinaciſimè adnaſcitur. κ autem ſedẽ notabit, è regione pupillæ ſeu minoris circuli conſiſtentem.

Decimanona figura anteriorẽ oculi integri, & à palpebris tãtum liberi ſedem exprimit. atq; hic
λ λ carunculã inſinuat, in maiori oculi ſedis angu-
ν, θ, η lo repoſitam. η verò & θ, & dein ν, idem hîc atque in præcedente figura indicant. Cæterùm ſi alicui oculi enarrationem ab extimis ipſius partibus perſequi viſum ſit, is inuerſo oculi figurarum ordine decimamnonam ſecundæ loco habebit, & decimamoctauam tertiæ, atque ita deinceps.

DE

# DE INSTRVMENTIS, QVÆ SECTIONIBVS ADMINISTRANDIS PARARI POSSVNT.

*CHARACTERVM IN ANATOMICORVM instrumentorum figura positorum, Index.*

PRAESENTI figura mensæ cuidam incumbentem finximus asserem, quo in viuorum, sectionibus opportunè vtimur, dein huic asseri omnia propemodum accommodauimus, quibus in dissectionum administrationibus, adeoque tota Anatome quis posset vti. Quo autem singula leuiori opera assequaris, huic etiam figuræ characteres, ac demùm eorum indicem adhibere non grauatus sum. Indicentur itaque.

A, A Mensa, cui reliqua omnia modò seriatim indicanda supersternuntur.
B, B Asser viuis sectionibus administrandis idoneus.
C, C Varia foramina, quibus laqueos pro animalis mole adhibemus, quum femora & brachia vincimus.
D, D Eiusmodi anuli, summis manibus pedibusque ligandis adaptantur.
E Huic anulo maxilla superior, libera inferiori, catenula alligatur, vt caput immotum seruetur, ac interim neque vox, neque respiratio vinculorum occasione præpediantur.
F, F Diuersa nouacularum genera, quibus spongia accumbit.
G Cultelli ad earum speciem formati, quibus calami adaptantur.
H Vulgaris qui mensæ adhibetur culter.
I Grandis ac validus culter.
K Cultri è buxo parati.
L Hamuli.
M Varij stili vaà cum siphone.
N, N Obliquatæ acus cum filo crassiore, quibus literarum fasciculos colligamus.
n Minores acus, quas vulneribus suendis accommodamus.
O Serra.
P Forficula
Q Malleus ligneus.
R Arundines inflandis pulmonibus, & alijs quibusdam partibus idoneæ.
S Filum æneum, ossibus nectendis aptum.
T Subula forandis ossibus parata.
V Varia subularum ferra.
X Forpex in torquendis filorum extremis comparatus.
Y Forpex, quo intorti, & ossa iam committentis fili reliquias præscindimus.

*FINIS.*

*COLONIAE AGRIPPINAE,*
Typis Stephani Hemmerden.
*ANNO M. DCXVII.*



*Tertia ossium tabula.*

Die 3. figur der beine.

Prima musculorum tabula.
pag. 21.

Die erste figur der
Meusslen

E

*Secunda muſculorum tabulæ.*
*p. 23.*

Die annder figur
der Meuſslen

F



*Tertia musculorum tabula.*
*p. 25.*

Die dritte figur der Meusslen

*Quarta musculorum tabula.*
p. 27.



Die 4 figur der Meuſlen




This book belongs to the
Library of Dr. William D. Gill



*Sexta musculorum tabula.*
*p. 30.*

Die 6 figur der Meüsslen.

*Septima musculorum tabula.*
*p. 31.*

Die 7 figur der Meüsslem.



Octaua musculorum tabula. p. 32.

Die achte figur der Meuſſlen.

M

Nona musculorum tabula.
p. 33.
Die 9 figur der Meusslein
N

*Decima muſculorum tabula.*
p 34.

Die 10 figur der Meüſſlein



*Vndecima musculorum tabula.*

p. 36.

Die eilfft figúr Der meúſslein.

DIE EILFT FIGVR DER MEVSLEIN.

P

*Duodecima musculorum tabula. p. 36.*



Die 12 figur der Meüsslen



*Decima tertia musculorum tabula - p. 38.*

Die 13 figur der Meüsslein.



Decima quarta musculorum tabula. p. 39

Die 14 figur der Meusslein

*Decima quinta musculorum tabula, quæ alias præterea concinet figuras quarum usum sequens mons trabit Index.*
*p. 40 &c.*

Die 15. figur der Menslem Welche sonst mer figurn bey sich hat Welcher brauch das nachvolgent Register anzaigen wirt.






Die Viertzehen figuren der Meüsslen im obern thail des Lüfftrohrs.

*Musculorum larimgis quatuordecim figurae* p. 44



*De musculis peni peculiaribus.*

Von den Meüsslen die dem mannlichen glid sonderlich Zugehoren.



Die erste figur diſes thails welche de urſprung vnd
fortgaimg der blutadern auß der Leber anzaigt

*Prima huius tractatus figura venæ portæ ortum*
*progreſſumque præ ſe ferens.*

p. 46.

X

INTEGRA ET
*ab omnibus partibus libera*
*ac nuda Venæ cauæ delineatio.*
*p. 47.*



Die ander figur Zaigt an die blůtadern
bloß von allen thailen des leibs frey fort-
gang vnd. außtailung durch den
gantzen leib.

## TERTIA FIGVRA,

*Integram totius magnæ arteriæ ab omnibus partibo liberæ delineationem monstrat.* p. 51.



Die 3 figur zaigt an die ganeze bildnus der groſsen bulſzadern ganez bloſz vnd von allen andern thailen des Leibs abgesonndert.

Die sechste figur zaigt an die ordnung der blutadern vnnd Luftadern deß hirns

*Sexta figura venarum pariter ac arteriarum Cerebriseriem explicat.*

p. 53.



Der Blutluftadern bildnus

VII.

*Venæ Arterialis delineatio.*

p. 84.

Der Luftblutadern außtailung

VIII

*Arteriæ Venalis processus.*

p. 84.




NONA *ac postrema huius tractatus figura. Venarum et item arteriarum omnium integram absolutamque delineationem continet.*

*p.* 54.

Die IX. vnd leczte figur.
Der 6luit vnd buls aderu.



Die ers te figur der Sehn adern

*Prima neruorum figura.* p. 58.

Die ander figur der Sehn adern

*Secunda neruorum figura.*

III p. 59.



IIII p. 60.



C



*Quinta neruorum tabula.*
*p. 60.*

Die fünffte figur der senn-
adern.


Sexta neruorum
tabula. p. 60.
Die sechste figur der sehnadern.
C



*Septima neruorum figura.*
*p. 63.*

Die 7 figur der Senadern.

*Octaua neruorum figura. p. 65.*

Die 8 figur der Sehnadern.




f



Prima figura.
p. 65.

Die erste figur



Secunda figura.
p. 65.

Die Ander figur



Tertia figura.
p. 66.

Die dritte figur



Quarta figura.
p. 66.

Die Vierte figur

Die 5 figur.

Quinta figura. p. 67.



VI p. 67.



VII p. 67.

VIII p. 68

p. 68. IX



X p. 68.

h

Die ailfte figur. *Undecima figura. p. 69.*



*p. 69.*
XII.

XV *p. 70.*



*p. 70.*
XIII

*p. 70.*
XIIII

XVI
*p. 70.*



*p. 70.*
XVII



XVIII *p. 71.*

XIX p. 71.



XXI p. 72.



XX p. 72.



XXII p. 73.



Die 1 figur der weibblichen gliedmass

Prima figurarum muliebrium.
p. 74.

I



Die drit
Tertia
III p. 76.

II p. 75.

Die ander
Secunda.



Quarta. p. 76.

Die fiert

IIII



Die Meunde
Nona.
p. 77.

IX

Die funfft
Quinca. p. 76. V

Die sechst
Sexta. VI
p. 76

Octaua.
Die Achte

VII Die sibent
Septima.
p. 76.

VIII
p. 76.

Die erste. Prima. p. 77.

II. p. 78.

III p. 78.



IIII p. 78.



V p. 79.



VI p. 79.



IX p. 80.

VIII p. 79.

VII p. 79

XII p. 80.



XIII p. 80.



XI p. 80.

p. 80. X

m

Die erste figur  Das erste blat der haubt figurn  Die ander figur

p. 81.

p. 81.

X.

p. 85.

XI p. 86.

IX p. 85.

XII p. 86.



Prima figura.  Prima pagina figurarum capitalium.  Secunda figura.

Die 3 figur
*Tertia figura.*
*p 82.*

Das ander blat der haubtfigurn.

Die 4 figur
*Quarta figura. p. 82.*



*Secunda pagina figurarū capitalium.*



XIII *p. 86.*



XIIII *p. 87.*

Die fünffte figur. Das dritte der Haubtfiguren. Die sechste figur





Quinta figura . p. 83.

Tertia pagina figurarum capitalium.

Sexta figura . p. 83.

XV p. 87.

XVI p. 87.

XX.



XVIII p. 88.

XVII p. 98.

XIX. 89.

P

Die 7 figur — Das Vierde blat der hau be figurn — Die 8 figur

Septima figura. p. 84.



Octaua figura. p. 84.



Quarta pagina figurarũ capitalium.



Die erste figur der augen




*Prima oculorum figura. p 88. &c.*

*Anatomicorum instrumentorum delineatio. p. 90.*

Bildnus der instrumenten so man zu der anatomy braucht.



000. VESALIUS, ANDREAS. Anatomia in qua tota humani corporis fabrica. 40 copper plate engravings. Folio, old calf, rebacked. Amsterdam: Ioannes Janssonius, 1617. $100.00

G.M. 496. This edition contains fine reproductions of the Gemini plates.